Statuta
antiqua
Capitulq
Sanctae
...nae
Cracoviae.

impressio

J

+

STATUTA ANTIQUA CAPITULI SANCTAE ANNAE CRACOVIAE

9

Ah

Erectio Ecclesiae Collegiatae Sanctae Annae.

In nomine domini: ni. Amen. Ad rei memoriam sempiternam Ea quae ex uetustioribus in nouam, et Ecclesiae utiliorem ordinationem successu temporis immutantur, uel in propagationem cultus diuini statuuntur: facile e memoria hominum exciderent, nisi literis et sigillis autenticis munirentur. Proinde nos Petrus Thomiczki dei gratia Episcopus Cracouiensis, et Regni Poloniae Vicecancellarius, manifestum facimus tenore praesentium quibus ex:

1535 facta et approbata

pectit uniuersis præsentibus, et futuris, harum no:
ticiam habituris Quia quum ex officio pasto:
rali nobis incumbat; ut cultui diuino augendo
pro uirili curas, et operas nostras impendamus:
et autoritatem ordinariam qui ipsum cultum diui:
num propagare uoluerint impartiamur. Et Ve:
nerabiles, ac eximii uiri Domini Doctores, et Ma:
gistri maioris domus Uniuersitatis studii Craco:
uiensis, Executores Testamenti Venerabilis olim
Domini Michaelis de Lublin, Decretorum Do:
ctoris, Canonici Louicien, zelo deuotionis accensi:
pium desiderium, et ultimam uoluntatem, præfati
Domini Michaelis de Lublin Testatoris, exequi,
et adimplere, cultum diuinum augere, ac saluti ani:
mæ præfati Domini Testatoris salubriter prospicere
uolentes Vnum Censum annuum Florenorum
50. Quinquaginta, apud Magnificum Dominum Ni:
colaum Wolski, Castellanum Woinicien, Sacræ
Regnalis Maiestatis Curiæ præfectum, in et
super bonis suis obligatoriis, uidelicet Castro, et
Sup. Lanczkorona Oppido Lanczkoruna, et uillis eidem adiacentibus,

2 pro Mille florenis. Et alium Censum Centum 100
florenorum apud Magnificum Dominum Ioanne
Tenczinski, Gladiferum Cracouien: in et super
bonis suis protunc hæreditariis, uidelicet Oppido
maioris Kxiansz, et uillis eidem Oppido adiacen: Sup Xiansz
tibus, in terra, et districtu Cracouiensi consistentib.
pro duobus Millibus florenorum. Et tertiu
3. Censum Triginta florenorum apud Magnificum 30
Dominum Laurentium Myszkowski de Mirow
Castellanum Biecen: in et super bonis suis hæredita: Sup
riis utraque Polanka nuncupatis, in ducatu Zato: Polank
riensi consistentibus pro Sexingentis florenis Polonic.
4 Et quartum Censum, Viginti quinque florenorum 25
apud Generosum Dominum Nicolaum Glinski, Sup
Consulem Cracouiensem, in et super bonis suis hære: Piotrkowicze
ditariis Piotrkowicze, Miechowicze, et Nasiechowice Nasiechowice
in terra Cracouien: consistentibus pro Quingentis floren.
5. Et quintum Censum Viginti florenorum, apud Fa: 20
matum Dominum Ioannem Mornstin Consulem Cra: Sup
couien: in, et super prædio suo hæreditario in Piasko
6 pro Quadringentis florenis. Et Sextum Censum
Triginta florenorum apud famatum Dominum Caro: 30

lum Kuczer etiam Consulem Cracouien. m. et
Sup super domo sua propria, et hæreditaria eiusdem
Caroli aciali in platea fratrum Cracouiæ sita,
7. pro Sexingentis Florenis. Et Septimum Censum
30 Triginta florenorum, apud Famatum Dominum
Leonhardum Fogielwader, etiam Consulem Cra:
Sup couiensem, m, et super domo lapidea, in Circulo Cra:
couiensi, inter domos Nicolaj Zijd ex una, et
filios olim Imbrami Salomonis ab altera partibus
sita, ipsius Leonhardi propria, et hæreditaria,
pro Sexingentis Florenis, pecuniæ, monetæ, et nume:
ri Polonicalis, triginta grossos usuales in quemlibet
florenum computando; in uim tamen reemptionis,
alias nawijderkow, de consensu Sacræ Regiæ Ma:
iestatis respectiue emerint, et comparauerint: uel
potius memoratus olim Michael de Lublin testa:
tor emerit, et comparauerit. Et census prædictos
unâ cum Summis principalibus, pro fundanda, do:
tanda, et erigenda Ecclesia Collegiata, in Ecclesia
Parrochiali Sanctæ Annæ in Cracouia, testamen:
taliter dederit, et legauerit. prout in literis uenditionu,
resignationum, inscriptionum, et obligationum huiusmodi

Censuum, sub titulis, et Sigillis diuersorum Iudicum, et Officialium, et Testamento originali, præfati olim Domini Michaelis Testatoris coram nobis origina:liter exhibitis plenius uidimus contineri. Quarum quidem literarum omnium in serie tenores erant tales.

Thomas Roznowskj Canonicus, et Officialis generalis Cracouien̄ etc. Sequitur deinde tenor lite:rarum Census in bonis Kxiansz In nomine dn̄i Amen

Thomas Roznowskj Canonicus, et Officialis generalis Cracouien̄ Uniuersis, et singulis harum noticiam habituris, præsentesq; literas lecturis, uisu:ris, et audituris, quoscunque præsens tangit negocium, seu quomodolibet tangere poterit in futurum Notum facimus per præsentes, quomodo nos certi Census, uen:ditionē, et emptionem, annui; coram nobis factam, uide:licet Quinquaginta florenorum, pro Mille Florenis, in moneta, in et super bonis Oppidi maioris Kxiansz, et Villarum illi adiacentium tenoris infrascripti in Actis nostris obligationem inuenimus, et reperimus. quem quidem actum ad instantiam Venerabilis Do:mini Michaelis Lublin, Decretorum Doctoris, et De:cani Kurzelouien̄, transsumi, et exemplari, et in publicā formam mandauimus redigi. cuius quidem Actus tenor

sequitur, et est talis. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo, Tertio. Inditione Undecima, die uero decimanona Mensis Martii, in Castro Cracouiensi, in domo, seu curia Magnifici Domini Joannis Tenczinski, Palatini Sendomirien̄ et stuba superiori, et in mei Notarii publici, ad hoc missi, per Venerabilem Dominum Thomam Roznowski, Officialem generalem Cracouien̄; et testium infrascriptorū praesentia Constitutus personaliter Magnificus Dominus Joannes Tenczinski Gladifer Cracouien̄, haeres, et possessor in maiori Kxiasz Oppido, et uillarum illi adiacentium: non compulsus, non coactus, nec aliquo errore seductus: sed fretus amicorum suorum bono consilio, prouidens suae, et suorum bonorum utilitati: recognouit, et praesentibus recognoscit se uendidisse, ac resignasse, prout uendit, et resignat perpetue, titulo tamen in vim reemptionis, alias na wijderkow, dictum Censum annuum, uidelicet Centum Florenorum, per mediam Sexagenam quemlibet Florenum computando: pro Summa duorum Millium Florenorum similium; in,

et super bonis suis hæreditariis, uidelicet maiori Kxiąż Oppido, in districtu terræ Cracouien, et uillis illi adia: centibus, uidelicet magna uilla, Moczydło, Czissarola, Glogowiany, Boczkowicze, duplici Czasstozowice, Cunassowka. Quam uenditionem, et resignatio: nem Censuum, ad Ius sæculare terrestre, terræ Cracouien, seu Regestrum Regium inscribi facere, et ordinare, ante festa Paschæ proxima promisit, et literas suis expensis, et cum effectu ad manus empto: ris dare. Quos census in dictis bonis, Dominus Ioannes Tenczinski, Gladifer Cracouien, recognouit se uendidisse, et resignasse, prout uendit, et resignat, Venerabili, et honorabili Domino Michaelj Lublin, Decretorum Doctori, et Decano Kurzelouien, et cuj censum suæ sortis donationem fecerit. qui ad præ: dictam Summam Duorum Millium Florenorum, de suis Mille Trecentis et Quinquaginta Florenis, de: dit, et numerauit. et Domino Ioannj Czarnowoisko, Altaristæ Cracouiæ collationem Spectabilium Domino: rum Consulum Cracouien, ad parochialem Ecclesiam Sanctæ Mariæ, pro quo dati sunt Sexingentj, et Quin: quaginta florenj similes in moneta. ita quod à quolibet Centenario Florenj Quinque solui debent in Censibus

pro prædictis partibus. quos census ex bonis
prædictis ipse Dominus Joannes Tenczinski, sol:
uere promisit ex ipsorum obuentionibus, Censibus,
agris, pratis, molendinis, piscinis, fluuiis, lacubus,
pascuis, siluis, bonis; et generaliter ex prouentibus,
fructibus, utilitatibus, et obuentionibus, præsentibus,
et futuris, nihil pro se excipiendo, aut reseruando:
ad duas ratas annis singulis, uidelicet, pro quolibet
festo Natalis Sancti Joannis Baptistæ in fumo,
medietatem Census: et aliam pro festo Natalis
Christi, ad Acta nostra, aut ad Pretorium Craco:
uien. reponere, ac soluere promisit: et se ac suos suc:
cessores sine quauis recusatione, et renitentia, et cum
effectu obligauit præsentibus, et obligat: ac Oppidanos
in maiori Kxiansz et Colonos Villarum prædictarū
illi adiacentium, ad soluendum dictum censum co:
gendi, et sub Censuris Ecclesiasticis compellendi, et
cum pleno mandato suo nomine, et aliorum ad acta
præsentia, ad se obligandum ante festa Paschæ, pro
solutione Census prædicti statuere et repræsentare
promisit, et Consensum Regis super præmissis infra
tempus prædictum realiter, et de facto expedire, et
ad manus emptoris dare. qui etiam Dominus Joannes

Tenczinski Gladifer, Censum huiusmodi, ad ratas annorum prædictas soluturum se promisit, sterilitatis aut destructionis bonorum causa fortuito, et in parte non obstante, dum modo ex eisdem bonis census ad soluendum de obuentionibus bonorum præmissorum, uniuersis et singulis extendi in tantum poterit: nec moderationem, aut dilationem temporum petere promisit: ac se, et suos successores obligauit, non euadendo dictos emptores, aut eorum aliquem de non soluendo Censu prædicto, quouis colore quæsito, et ingenio, exceptionibus, doli, uis, metus, fraudis, non sic celebrati contractus, seu aliter fuisse dictum, quàm factum, aut expeditione bellica, aut quibuscunque exactionibus, seu Statutis Regalibus, localibus, editis, aut edendis, quibus renunciauit per expressum omnibus, et singulariter singulis. ac Iuri dicenti generalem renunciationem non ualere nisi præcesserit spiritualis. Ad quam etiam Censuum uenditionem in prædictis bonis, ipse Dominus Joannes Tenczinski, Magnificam Dominam Catherinam de Lasko, suam Coniugem, tam coram Iure spirituali quàm sæculari ubicunque, ut huiusmodi obligationi expressum præbeat assensum infra sex menses statuere obligauit, non obstantibus suis inscriptionibus super bonis prædictis, illi siue ratione dotis, aut aliter factis, aut fiendis quibus cedere, et renunciare tenebitur,

et recognoscere. Obligauit insuper Dominus Joannes
Tenczinski, se, et suos successores Censuum prædictorũ
solutionem singulis annis, cum Oppidanis, et Colonis præ:
dictis, ad ratas prædictas, et terminos soluturum, usque
ad totalem bonorum reemptionem. tum de ipsa reemptione
et summæ totalis Duorum Millium Florenorum repo:
sitione, in meliori moneta Sex Mensibus ante reemptioné
huiusmodi emptores Censuum, aut eorum successores aui:
sare, et assecurare tenebuntur, ut tempestiuè de simili
emptione Censuum ualeat prouideri.
Deinde tenor literarum Consensus Regii ad idem
Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ zc. Sequitur
deinde tenor literarum Census in bonis utraqz Polanki
Nos Nicolaus de Schydlowiec Castellanus Sendo:
mirieñ zc. Deinde sequitur tenor Consensus Regii ad idem
Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ zc. Sequitur
deinde tenor literarum Census Domini Nicolai Glinski
Nos Joannes Pieniazek de krusslowa hæres, Iudex zc.
Deinde sequitur tenor literarum Consensus Regii ad idem
Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ zc. Sequitur
deinde tenor obligationis Census Domini Joannis Mornsstyn
Famatus Dominus Joannes Mornsstyn Consilii nostri
confrater zc. Sequitur deinde tenor obligationis Census
Domini Caroli kuczer Dat. feria secunda post Vincula Petri.

Sequitur deinde tenor obligationis Domini Leonhardi Fogelwader. Actum feria secunda ante Elizabeth. Sequitur deinde tenor Obligationis Dominorum Consulū Cracouien̄ pro corroboratione Censuum Ciuiliū prædictorū. Nos Consules Ciuitatis Cracouien̄ etc. Sequitur et ultimo tenor Testamenti Venerabilis olim Domini Michaelis memorati: uigore cuius omnes Census prædictos dat, donat, et legat; pro fundanda, dotanda, et erigenda Ecclesia Collegiata Sanctæ Annæ uti præmittitur.

Testamentum D. Doctoris Michaelis Lublin.

In nomine Domini Amen.

Anno eiusdem 1.5.2.7. Augusti 12.

Ego Michael Lublin faciens Testamentum meum, et ultimam uoluntatem: de bonis mihi à Deo collatis. In primis animam meam Deo, et beatæ Virgini, ac Sanctæ Annæ commendo: in cuius Ecclesia Cracouiæ eligo sepulturam. Pro Ecclesia Collegiata fundanda ad Sanctam Annam: census emptos in bonis Cracouiæ, et de prope deputando:

uidelicet in Castro Landzkorona: et in villis, Rosam:
berg: Sczytnica: Raclauice. Item apud dominu
Laurentium Myszkowski; in utraq3 uilla Polanka:
Item in magna Kxiaz. Item in domo Caroli kucer Cra:
couia. Item in domo Leonardi Fogielwader. Item
in prædio Piaski Joannis Morsstyn. Item in bonis Ni:
colaj Glinski: pro summis in Registro maiori latius
descriptis zc. Ad præmissa, et infrascripta
eligo Executores dominos Collegiatos maioris Collegii:
qui ad executionem faciendam poterunt duos idoneos
eligere: et habeant per tria Coclearia argentea: Reli:
qua decem et cum omni argento, et auro uendita: de:
putentur pro aliquo Anniuersario Canonicorum.
Vngaricales uero florenos et pecuniam in moneta: pro
domo construenda Viccariorum. Pro sepultura Vigin:
ti florenos in moneta. et pro Tricesimis similiter Viginti
ad Ecclesias distribuendos. Et pro lapide tectura se:
pulchri florenos decem, et pro distributione pauperibus
florenos decem. Libri in artibus clericis
pauperibus. in Iure, et Theologia, pro Ecclesia Sanctæ
Annæ. Lodices tres, ad Ecclesiam Sanctæ Annæ.
Missale reformatum argento: et Pacificale cum Ladula

reposita in Sacristia parochialis Sanctæ Mariæ: pro Ecclesia Sanctæ Annæ. Missale maius maneat pro altari Trium Regum. Vestimenta meliora uendantur ad præmissa. Vestimenta de lino: et lectisternia distribuantur pauperibus.

Item deposui Quadringentos florenos Ungaricales in Camera habitationis ~~in~~ meæ in angulo pauimenti, ex opposito Camini, sub tegulis et cista maiori: et Trecentos in moneta, cum Centum Ungaricalibus, et Priuilegiis Censuum, in Thezauro Collegii maioris in Cistula nigra, pro domo construenda Viccariorum.

Item Dominus Julianus Chelmski Canonicus Cracouien. tenetur pro pensione trium annorum, Centum, et Triginta florenos: pro quibus causa illi commissa, ad Dominum Officialem Cracouien pendet.

Item Dominus Episcopus Andreas Krzycki tenetur Tredecem Marcas pensionis, pro festo præterito Paschæ ex Canonicatu Cracouien, quem nepoti suo ante aliquot menses resignauit.

Item Aduocatus Kurzelouien pro Decima Decanatus anni præteriti, tenetur Duodecem Marcas: quas Andreas Prasol mortuus de Cracouia, soluere debuit. pro quibus actio inter ipsum, et filios Andreæ pendet causa ad Consules

Cracouienses ad festum Sancti Michaelis.
Item de aliis debitis Decanatus Kurzelouien, et anno gratiæ uideatur.
Item Leonardus Fugielweder de censu anni præteriti, festi Sancti Martini: tenetur adhuc Quindecem florenos, et Vigintiquinque grossos.
Item in Lowicz, in aduocatia Louicien, Decem Sexagenæ Censuum. et in molendino, seu Capitulo Louicien, retentorum Octo Sexagenæ
Posnaniæ debita, de quibus ad factorem Dominum Joannem Lwowek, Viccarium Posnanien, ad usq3 Marcas Decemseptem retentorum. Quia Albertus Niemierzowskj tenetur Marcas Septem: et successores Kristkowa, trium annorum Censum per quatuor Marcas. Et ad eum factorem Quinquaginta Marcæ Altaris mei in Summo Posnanien, Altari de meis assignati. quas Kristkowa de Posnania iam mortua, in censum habuit. Quod Altare incorporatum est per me Collegiatæ Curmicien.
Item alia debita et Census pro me in uita spectan uidedantur, in meo Regestro paruo oblongo, in mensa deposito me manente Cracouiæ, et absente: aut in Cista uestimentorū: aut cum pecuniis in Collegio, et nigra Cistula.
Item puluinaria duo pro domo Mansionariorū: et alia duo cum minori, pro Domino Joanne de Lublin Mansionario.

Mensæ, Lecti, pro habitatione, in qua moror. Dat Cracouiæ ut supra.

Floreni Trecenti in moneta, ante depositionem Cisticulæ nigræ, ad Collegium maius Artistarum: depositi in Turri fornacis stubæ meæ.

Stanni medietas, pro Mansionariorum mensa: et alia pro Viccariorum Sancta Annæ.

Ita attestor ego qui supra Michael Lub: lin: et manu propria scripsi; et significat.

Anno Dni 1.5.2.8. Die Sabbati 25. Aprilis oblat. sigillat.

Anno Domini 1.5.2.8. Die Lunæ 11. Maii. Venerabiles et honorabiles Domini, Magister Philippus Aher de Cracouia, et Laurentius Wolborz Baccalaureus Artium: ad infrascripta per discretum Stanislaum Oziamblowskj Executorem de man: dato Domini deputatum, uidelicet ad recognoscendam manu Testatoris introscripti. citati, uisa, et lecta Scriptura: me: diis eorum Iuramentis corporalibus in forma præstitis: reco: gnouerunt, et dixerunt, manum eius esse, cuius esse dicitur: uidelicet Domini olim Doctoris Michaelis Lublin, Testatoris intro scripti, præsentibus notariis Consistorii, ac me Stanislao Marussowskj Ioannis de Morok.

Supplicâruntq; nobis Executores Testamenti præmisserti: et cum eis Venerabiles, et Eximii uiri domini, Martinus de Ilkusz, Sacræ Theologiæ professor, Præpositus Sancti Nicolai, extra muros Cracouien, Rector, simul cum tota Uniuersitate Doctorū, et Magistrorum, ad quos pro prima, et principali. Et dominus Magister Erasmus de Cracouia, diuina ordinatione Abbas claræ tumbæ, Conseruator Priuilegiorū almæ Uniuersitatis Cracouien, ad quem pro secunda uocibus Ius eligendi, et præsentandi Rectorem Ecclesiæ parochialis Sanctæ Annæ de iure, et consuetudine spectat, et pertinet. ut titulum Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Annæ prædictæ, quæ per cessum, et liberam resignationē Venerabilis domini Nicolai Crabus, Artium Liberalium Magistri, eiusdem Ecclesiæ ultimi, et immediati Rectoris in manibus nostris sponte, et libere factam, uacat ad præsens, penitus extinguere: et ex eadem Ecclesia parochiali Sanctæ Annæ, Ecclesiam Collegiatam, uidelicet, Præpositum, Decanum, Quinque Canonicos præbendatos, et Septem Viccarios perpetuos, fundare, dotare, erigere; ac Census prædictos immunitati Ecclesiasticæ adscribere; Præpositoq; Decano, Canonicis, et Viccariis prædictis unire, annectere, et incorporare: et inter illos, ac alios

ministros eiusdem Ecclesiæ, iusto rationis moderamine,
diuidere, et distribuere, auctoritate ordinaria dignaremur.
Nos piis uotis, et supplicationibus præfatorum Domi:
norum Executorum benigniter annuentes, et amplitudini,
honori, et cultui diuino, eiusdem Ecclesiæ parochialis
Sanctæ Annæ in præmissis paterne prouidere uolentes:
literas citationis nostræ in uim Cridæ ante omnia du:
ximus præmittendas. In quarum termino hodierno,
in contumatiam Citatorum non comparentium, et cur præ:
missa fieri non debeant causas rationabiles minime alle:
gantium. Titulum rectoris, seu plebani eiusdem Eccle:
siæ parochialis Sanctæ Annæ supprimendum, et extin:
guendum: locoq; illius Præposituram, Decanatum,
Quinq; Canonicatus, et totidem præbendas: et septem
Viccarias perpetuas, prout petitum fuit, ad honorem
Omnipotentis Dei, et intemeratæ uirginis matris eius,
et Sanctæ Annæ electæ: in eadem Ecclesia Sanctæ
Annæ fundan, dotan, erigen: et in beneficia Ecclesia:
stica creandum; ac Præposito, Decano, Quinq; Cano:
nicis, et Septem Viccariis prædictis Census prænomi:
natos unâ cum earum summis principalibus, ac aliis
redditibus infrascriptis, appropriandum, annectendum,

incorporandum, et immunitati Ecclesiasticæ adscri:
bendum duximus. prout subprimimus, extinguimus:
fundamus, dotamus, erigimus, creamus, appropriamus,
annectimus, incorporamus, et immunitati Ecclesiasticæ
adscribimus in Dei nomine per præsentes, perpetuo, et
in æuum. Decernentes quod pro insertorum Censuum
repetitione, et omni actione ad forum Iudicis Eccle:
siastici quoties opus fuerit semper habeatur recursus.
sub modis tamen, et conditionibus infrascriptis. ~

I. Statutum de diuisione Censuum, et assignatione fundorum, in communi.

Inprimis nanqz statuimus, et ordinamus Quod Præpositura in eadem Ecclesia Collegiata Sanctæ Annæ; quam primam post pontificalem dignitatem ibi esse uolumus: Decimas, census, prouentus, et obuentiones omnes, quos et quas rector seu plebanus Sanctæ Annæ, antequam titulus eius extinctus esset, iuxta tenorem erectionis suæ, ac ex usu, more, et antiqua consuetudine habuit, et possedit, uidelicet in uillis Rzaska, et Mydlinki Decimas manipulares omnis grani, et seminis. et de domo, seu area penes maius Collegium Marcam unam, et mediam. et ex domo aciali in platea Sanctæ Annæ ex opposito scholæ, tres Marcas census perpetuos, et hortum plebanalem hæreditarium in noua uilla eundo in Lobzow. et census de tribus hortis in Krupniki perpetuos de quolibet horto, per marcam mediam. et de censibus

præmissertis sex marcas insuper. Decanus aut, et quilibet ex Canonicis per sex marcas. Proventus vicariorum.

Singuli autem ex Viccariis perpetuis, secundum ordinationem infra descriptam Marcas decem, census annui, pro fundis, et dotibus suis ordinariis, singulis annis pro festo Natiuitatis Domini nostri Jesu CHristi, eis soluendis per Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ perpetuis futuris temporibus, habebunt, percipient, et possidebunt.

z Statutum de Salario Viccariorum, tum qui, quo modo, quot, et quibus Viccariis, Salariu soluere debeant.

Item Statuimus, decernimus, et ordinamus, quòd duo Viccarii perpetui, ex bonis olim Domini Petri Salomonis fundati: ex censibus per eundem Salomonem emptis, per octo marcas: et per duas marcas, ex censibus prædictis, Domini Michaelis de Lublin. Tertius uero Viccarius, quem Præpositus pro more antiquo, salario prouidere tenetur: ex censu sex marcarum, ratione fundi; et trium marcarum ratione refectioni, ex censibus Domini Michaelis præfati Præposito annis singulis soluendorum: octo marcas: et duas marcas ex censibus prædictis Domini Michaelis de Lublin, pro fundis, et dotibus suis habebunt, et percipient. Nonam aut marcam ex censu fundi, et refectionum suarum; Præpositus

pro se tollere, et percipere debet. Alii autem quatuor Viccarii, noviter erecti; de fundatione, et ex censibus prædicti Domini Michaelis de Lublin, per decem marcas, uti præmittitur, à Venerabili Capitulo Ecclesiæ Sanctæ Annæ, annis singulis, ratione fundorum suorum habere et percipere debent.

Salariu[m] Vicari-orum.

3. Statutum de officiis Ecclesiæ, et Viccariorum.

Et quoniam beneficia dantur propter officia: ideo statuimus, et ordinamus: ut Viccarii perpetui septem, horas Canonicas maiores, uidelicet matutinum cum laudibus, primam, tertiam, sextam, nonam, uesperas, et completorium, iuxta morem, ritum, et consuetudinem Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Floriani in Clepars: et Missam primam, seu maturam, secundum tenorem erectionis Rndissimi olim in CHristo patris Domini Joannis konarskj Episcopi Cracouien. prædecessoris nostri, vigesima Februarii. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Tredecimo factæ, quam hic pro inserta habere uolumus: et fundationem famati olim Petri Salomonis per prius institutam, in eadem Ecclesia Collegiata Sanctæ Annæ, singulis diebus ferialibus, Dominicis, et Festiuis: et Vigilias nouem lectionum, singulis mensibus, die quo placuerit, post Completorium maius, et deinde die sequenti Missam pro fundatoribus, et benefactoribus defunctis, cum Introitu Requiem æternam etc.

post maturam, in eadem Ecclesia Collegiata Sanctæ Annæ, concine, cantu, et tono decentibus, perpetuis futuris temporibus decantabunt. Et insuper qui: libet ex Viccariis prædictis, singulis mensibus ce: lebrabit unam Missam, de Sancto cuius festum tunc fuerit, cum collecta, pro fundatoribus, et benefactoribus defunctis: aut Missam pro defunctis: uel per se: uel per alium. In Summa uerò Missa, et Vesperis maioribus, per totum anni circulum: iuxta ritum, et consuetudinem Ecclesiæ Collegiatæ prædictæ, Sancti Floriani, penes pulpitum bini et bini astantes intonabunt.

4. Statutum de cura animarum, et administratione Sacramentorum; tum de præeminentia Præpositi.

Item statuimus, et decernimus quòd Viccarii perpetui prædicti, quilibet in thurno hebdomadæ suæ curam animarum: administrationem Sacramentorum omnium totius parochiæ Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ gerant et habeant. à qua Præpositum ex certis causis animum nostrum mouentibus absoluimus, et liberamus perpetuo. Curam tamen, et Ecclesiæ totius superintendentiam Præposito pro tempore existenti demandamus: eidemq; Viccarios perpetuos dirigendi, corrigendi, ac defectus omnes Ecclesiasticos circumspiciendi, et emendandi committimus. Qui quidẽ Præpositus totum Offertorium simul et Columbationem (Census Praepositi) tollere, et in usum suum conuertere debebit; prout ex antiquo plebanus tollere et percipere solebat: non obstante, quòd à cura animarum per nos absolutus existat.

5. Statutum de domo, mensa communi; iucundo ingressu, et iuramento Viccariorum; item de censu ad prætoriu ex eadem domo Viccarior.

Item Statuimus, et decernimus quod prædi:cti septem Viccarii, in domo murata sumptibus et impensis olim Domini Michaelis de Lublin testatoris, et fundatoris, pro ipsis constructa ad latus Ecclesiæ Diuæ Annæ consisten comuniter maneant et habitent: mensamq; et expensas communes habeant. cum quibus et Sacristia:nus expensas, et mensam communem habere debet, secundum tenorem Statutorum prædictæ domus. Pro cuius domus fabrica, et reformatio:ne decem marcas singulis annis Venerabile Capitulum Ecclesiæ Sanctæ Annæ dare et contribuere debet. Et insuper quilibet Viccarius nouiter electus, et in eandem domu suscipiendus, mediam marcam pro iucundo ingressu

Pro fabrica domus viccariorum marcae 10.

dare tenebitur, quæ pro fabrica, et supellecti-
libus domus conuerti debet. – Pro expen-
sis autem communibus ratione Vigiliarum
et Missæ pro defunctis; quas singulis mensib9
uti præmittitur decantaturi sunt, Quadragin-
ta marcas singulis annis, à Capitulo prædicto [Provisio mens.]
percipient perpetuo, et habebunt; nec licebit eisque
Viccariis aliter uiuere, uel manere, nisi in una
domo, et expensis communibus. Quod in susceptio-
ne sua ad domum, quilibet illorum suo corporali
iuramento se facturum, et adimpleturum polliceri
debet. De qua domo Viccariali Capitulum San-
ctæ Annæ censum perpetuum, unius et mediæ
marcæ, ad prætorium Cracouien, annis singulis,
pro festo Sancti Martini soluere tenebitur. Census terragius.

6. Statutum de Officiis Scholæ. Item de Salario Rectoris Scholæ, et Cantoris.

Item statuimus, et decernimus, quod Rector Scholæ, cum Scholaribus, singulis Dominicis, et celebribus ad populum diebus, utrasq; Vesperas, et primam maiores, et in festis Natiuitatis, Resurrectionis Domini nostri Jesu CHristi, et Pentecostes Matutinum maius. Diebus uerò ferialibus singulis Canticum Salue regina cum Antiphona, pro pace, post Completorium maius, et singulis feriis tertiis etiam post Completorium maius Vigilias, nouem lectionum, pro more ueteri perpetuò decantabit. Quas Vigilias quilibet ex Viccariis perpetuis prædictis, iuxta turnum hebdomadæ suæ in Collectis, et aliis canticis consuetis, etiam supplere tenebitur. Qui Rector Scholæ, à Venerabili Capitulo Sanctæ Annæ, pro salario suo unam marcam, cum prioribus tribus marcis per Petrum Salomonem fundatis annis singulis. Cantor uerò Scholæ pro Versiculis &

Calendis in horis Canonicis decantandis:
Scholares cum pulchris, et canoris uocibus
ordinare tenebitur. qui propterea pro suo
salario ab eodem Capitulo duas marcas
annis singulis habere debet.

+

7. Statutum de Turnis, septimanis, et Refectionibus Decani et Canonicorum. item de præsentia Prælatorum, et Canonicorum circa officia, et processiones &c.

Item Statuimus, et ordinamus, quod Decanus et quinqz Canonici prædicti quilibet in septimana sua singulis diebus Dominicis, et celebribus: summam Missam ad Altare maius. et in festis Jesu CHristi, Beatæ Mariæ Virginis, Dedicationis Ecclesiæ S. Apostolorum, et Patronorum ultra summam Missam, primas et secundas Vesperas maiores. matutinum uerò maius solum in festis Natiuitatis, et Resurrectionis Domini nostri Jesu CHristi per se, uel per alium Canonicum de Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ, in collectis, et in aliis canticis consuetis canere, et regere. thurificationibus in primis Vesperis in Stallis suis, et processionibus omnibus, nisi legali impedimento, et præsertim negotio, aut labore Collegii, uel Vniuersitatis impediti fuerint interesse debebunt et tenebuntur. Cantans aut Decanus, et Canonicus: habebit pro Refectionibus illius

Diei, et Septimanæ totius mediam Marcam. in qua
Præpositus non participabit, cum Decano, et Canonicis:
Refectiones Prepositi sed loco Refectionum totius anni tres Marcas, à Ve:
nerabili Capitulo Sanctæ Annæ habere debet. Si
tamen Præpositus ex sua deuotione Missam quan:
docunq; cantare uoluerit: permittatur ei tanquā
Prælato: absq; tamen præiudicio Decani, uel Canonici
hebdomadarii. qui hebdomadarius nihilominus
mediam marcam ratione refectionum percipere
debebit. Qui autem summam Missam die Do:
minico celebrauerit: duobus Viccariis sibi mini:
strantibus per unum grossum. in aliis autem
diebus ad populum celebribus: nihil dare debebit.
A cuius tamen grossi datione Præpositum celebran:
tem liberamus. sed Decanus, uel Canonicus pro
quo Præpositus Missam cantauerit hebdomada:
rius, eundem grossum singulis Viccariis mini:
strantibus dare tenebitur. Ipse aut Præpositus,
Decanus, et quinq; Canonici prædicti Almutiis
de cismis in processionibus, et officiis diuinis
diebus Dominicis, et festiuis. et Viccarii septem
perpetui in Almutiis de aspergellis, tam in proces:

sionibus prædictis, quàm in thurificationibus incedere tenebuntur. In quibus quidem thurificationibus Viccarii perpetui personaliter interesse: ac Præpositum, Decanum, et Canonicos thurificantes honestè antecedere tenebuntur. iuxta ritum, et consuetudinē Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Florianj.

8. Statutum de Cera, et Vino.

Item Statuimus, et ordinamus; quod Ceram, pro omni cultu diuino, eiusdem Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ, Capitulum eiusdem Ecclesiæ prouidere tenebitur. pro cuius subsidio Præpositus duas Marcas, quas antea dare solebat, ipsi Capitulo dare tenebitur. De Vino etiam Capitulum prouidebit, tamdiu: donec aliunde illius prouisio non procurabitur.

9. Statutum de electione, præsentatione et institutione Præpositi, Decani, Canonicorum et Viccarior[um]

De Electione autem, et præsentatione Præpositi, Decani, Canonicorum, et Viccariorum prædictorum, taliter statuendum, et ordinandum duximus Quod Rector, et tota Universitas studii generalis Cracovien[sis], pro prima, et principali. et Venerabilis D[omi]nus Abbas claræ tumbæ, pro tempore existens, pro secunda uocibus, qui ex usu, et more ueteri rectorem, seu plebanum Ecclesiæ parochialis Sanctæ Annæ eligebant, et electum nobis et prædecessoribus nostris præsentare consueuerant: ita et nunc ad præposituram Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ, Præpositum canonicè eligere, nobisq[ue] et successoribus nostris instituendum præsentare debebunt, et tenebuntur. Eligi autem debet Doctor uel Magister ex gremio Universitatis prædictæ Cracovien[sis] actu legens.
Decanum autem, et quinq[ue] Canonicos prædictos Doctores, et Magistri, maioris Collegii Universitatis prædictæ soli, et in solidum canonicè eligent: nobisq[ue]

et successoribus nostris instituendos præsentabunt. Eligi autem debent ad Decanatum, et ad Canonicatus prædictos personæ idoneæ, et gradatæ, uidelicet Doctores, uel Magistri, de maiori, siue de minori Collegio, uel de externis, quæ sint idoneæ, et magis bene meritæ: siue ex senioribus promotione, siue de iunioribus: dummodo non sequatur aliquod detrimentū in laboribus Uniuersitati per personas sic ut præmittitur electas. Actu tamen in Uniuersitate Cracovien legentes, et laborantes. Qui tamen non sint de numero Prælatorum, et Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ Sanctj Florianj. Quodsi quis ex prædictis Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Annæ electus fuerit in Præpositum, uel Decanū eiusdem Ecclesiæ: extunc immediatè resignare debet Canonicatum, siue Præbendam eiusdem Ecclesiæ Sanctæ Annæ.

Viccariorum autem perpetuorum quinqз electionem, et præsentationem pro hac prima, et unica uice tantum, ad Dominos Doctores et Magistros, domus et collegii maioris Uniuersitatis prædictæ spectare, et pertinere uolumus et decernimus.

exceptis duobus Viccariis, quos nunc, et sempiterne eliget ipse Dominus Præpositus, quotiescunqz uacare contigerit. Postea uero alia uacatione ali: cuius Viccariæ perpetuo occurrente: electio, et præ: sentatio eorundem quinqz Viccariorum, ad Capitulu Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ, iuxta normam, et consuetudinem electionis Viccariorum Sancti Floriani perpetuo spectabit, et pertinebit. Electi aut Viccarii Præposito Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ præsentari: et per eundem Præpositum semper instituì debent. Antequàm tamen Viccarius per: petuus electus, et præsentatus, per Præpositum institua: tur: per unum mensem, non solum in uoce, et cantu: uerum etiam in moribus, et uita probari debet. Ná uox, et cantus idoneum: mores uero probatum reddunt. Quod in primis spectandum est in eis, qui in comunita: te agere, et manere debent. Finito autem mense, si per alios Viccarios in uita, moribus, uoce, et cantu co: probatus fuerit: tunc demum per Præpositum institui debet: ac deinde per se, non per substitutum labora: re tenebitur.

10 # Statutum de alienatione Viccariorum.

Item statuimus, et ordinamus quod Vic:
carius adulter, Concubinarius, aleator, taber:
narius continuus, et publicus, rixosus, turbas et
dissensiones inter fratres seminans, Præposito,
et Capitulo inobediens, et quouis modo scanda:
losus: pro perpetuo haberi non debet: dum ad offi:
cium Præpositi delatus, et sufficienti testimonio
conuictus: officio Viccariaque post primam admo:
nitionem priuari possit.

11. Statutum de Iuramento Praepositi, Decani, Canonicorum, et Viccariorum, nouiter intrantium.

Item statuimus, et ordinamus: ut Praepositus quilibet, Decanus, Canonicus, et Viccarius perpetuus: ad praedictam Ecclesiam Collegiatam Sanctae Annae de nouo receptus, uel recipiendus: in sua receptione per se, uel procuratorem suum corporale Iuramentũ infrascriptum, de obseruandis Statutis, et Iuribus praedictae Ecclesiae praestare teneatur in haec uerba.

Iuramenti forma. Ego N. Iuro ad sancta Dei Euangelia, quod Dño Episcopo Cracouien. obediens ero. Iura, Constitutiões, ordinationes, Statuta, et consuetudines laudabiles, et rationabiles, tam praesentes, quam antiquas approbatas istius Ecclesiae, et praesertim, in literis Erectionis istius contentas bona fide seruare, et exequi uolo. Consilia Capituli ad eorum et Ecclesiae damnum, et detrimentum, aut praeiudiciũ nulli pandam: et omnia indebite alienata, ad Ius, et proprietatem ipsius Ecclesiae, omnibus modis, et rationibus iustis quibus potero reuocabo. Sic me Deus adiuuet, et haec sancta Dei Euangelia.

12. Statutum de tempore, et modo, celebrandi Capitulum generale.

Item Statuimus, et ordinamus, quod Praepositus, Decanus, et Canonici eiusdem Ecclesiae Collegiatae Sanctae Annae semel in anno, uidelicet in crastino festi Sanctae Annae Capitulum generale celebraturi conueniant. In quo Capitulo generali, in praesentia omnium, per notarium Capituli legantur literae Erectionis praedictae clara, et intelligibili uoce. aut Statuta Ecclesiae iam edita, uel edenda. Quibus perlectis, procedatur ad tractatus, et consilia Ecclesiastica, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, prout utilitas, et necessitas Ecclesiae exposcere uidebitur: ac ad morum reformationem, tam in capite, quam in membris. In quibus quidem Capitulis generalibus, Praepositus, Decanus, et Canonicj: alia Statuta noua, etiam poenalia, Ecclesiam, cultum diuinum, Ceremonias, et morum reformationem concernentia, condendi, et faciendi, plenam habebunt facultatem. Iuribus tamen nostris Episcopalibus, & NB

Universitatis Cracovien semper ante omnia saluis.
Poterit etiam Præpositus singulis feriis sextis facere Capitula septimanalia: ubi necessitas Ecclesiæ id exposcere uidebitur ad instar Eccl[ia]æ nostræ Cathedralis Cracovien.

13. Statutum de electione Procuratoris Capituli. tum de tempore rationis per eundem faciendæ.

Item Statuimus, et decernimus ut Præpositus, Decanus, et Canonici in eisdem Capitulis de suj gremio eligere possint, et debeant Præpositum, Decanum, uel unum ex Canonicis, Procuratorem Capituli, ad instar Ecclesiarum Cathedralis Cracovien, et Collegiatæ Sanctj Florianj. Qui Procurator Census, et prouentus omnes prædictos ad Capitulum, et Viccarios perpetuos, aliósqꝫ ministros Ecclesiæ prædictæ Sanctæ Annæ communiter, uel diuisim spectantes, fideliter colligat, conseruet, pro illisqꝫ iure experiatur. ac deinde pro tempore per Capitulum statuendo, iuxta formam Erectionis prædictæ inter Præpositum, Decanum, Canonicos, et Viccarios perpetuos, et alios ministros eiusdem Ecclesiæ diuidat, et distribuat: et semel in anno, in Capitulo generali de perceptis, & distributis rationem faciat sufficientem.

Quem quidem Procuratorem Capituli finito anno administrationis suæ, post factam rationē ad nutum Capituli amouibilem, aut iterum eligibilem esse uolumus, et decernimus. Qui quidē Procurator Capituli ratione salarii sui de censibus, et prouentibus prædictis, habebit duas Marcas in anno: et ubi successu temporis prouentus communes Capituli, et Ecclesiæ prædictæ crescerent: poterit et ei de censu uberiori per Capitulum prouideri.

14 De Prærogatiua Ecclesiæ Colle: giatæ Sanctæ Annæ: et de præeminen: tia Præpositi eiusdem.

Ut autem prædicta Ecclesia Collegiata Sanctæ Annæ, per nos erecta, maioribus Priuile: giis, et prærogatiuis potiatur, et cum aliis Colle: giatis Ecclesiis Diœcesis nostræ conformetur: Præposito pro tempore existenti, tanquam prin: cipali prælato, homines utriusq; sexus totius parochiæ Sanctæ Annæ, confessiones audire: illosq; de peccatis eorum, etiam in Casibus aborsus, adulterii, periurii, ac aliis casibus sedi nostræ ordinariæ reseruatis, in quibus Ecclesia Cathedralis, et aliæ Collegiatæ meri: to consuluntur; de quibus eidem confessi fue: rint, absoluere, iniuncta illis pro modo culpæ poenitentia salutari.x homicidis etiam Sacrile: gis, incendiariis, usurariis/ oppressoribus uirgi: num, et bonorum Ecclesiæ raptoribus etiam specialiter inclusis. et cum facultate eosdem

Facultas absolvendi [illegible] [illegible] Praeposit [illegible]

x Clericorum percussoribus/

homicidas, ac alios malefactores Die Iouis Coenæ Domini, in eandem Ecclesiam Collegiatam intro: ducendi, et illis cum Ceremoniis consuetis, publi: cam poenitentiam imponendi. et parochianos prædictos per uerba de præsenti Matrimoniū contrahentes, diebus, et feriis prohibitis, Bannis tamen de more tribus uicibus interpolatis præ: missis, copulandi, autoritatem nostram ordinariā tenore præsentium, in Dej nomine impartimur.

Quam autoritatem ordinariam ipse Præpositus, et eius successores, et per se exercere, et illam Præsbyteris idoneis circa eandem Ecclesiam continuè residentibus delegare poterint tenore præsentium mediante perpetuo et in æuum.

Ad Præposituram igitur Ecclesiæ præ: dictæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Venerabilem Dominum Nicolaum Krabus Artium liberaliū Magistrum per Rectorem, Doctores, et Magistros, totamq; Uniuersitatem studii generalis Cracouień pro prima, et principali; et per Rndum Patrem Dominum Magistrum Erasmum de Cracouia Abbatem claræ tumbæ, et Conseruatorem Priuilegior

Uniuersitatis prædictæ, pro secunda uocibus: uigore Priuilegii Rndissimi olim in Christo patris Domini Sbignei, eadem gratia Episcopi Cracouien, prædecessoris nostri; tanquam consentientem. Ad Decanatum uero: Venerabiles Dominos Joannem Prussijnskj de Piotrkow sacræ Theologiæ Baccalaureum. Et ad primum Canonicatum, et præbendam Mgrz Jacobum de Sieprcz. Ad secundum Mgrm Martinu de Ciesskowice Ad tertium M. Joannem de Casimiria, Ad Quartum M. Benedictum de Kozmin. Ad quintum Joannem de Mstow, artiu liberaliu Magistros: per Doctores et Magistros Domus Collegii maioris Uniuersitatis prædictæ Canonice electos, et nobis præsentatos: per manus nostræ Capitibus eorum successiuè impositionem instituimus, et inuestiuimus, prout instituimus, et inuestimus in Dej nomine per præsentes. Administrationem spiritualium, et regimen temporalium, in prædictis beneficiis, per nos nouiter erectis, eis, et cuilibet illorum respectiuè committen, cum conscientiarum suarum oneratione opportuna.

Quocirca uobis omnibus, et singulis tenore pntium

requiren, in uirtute Sanctæ obedientiæ, et sub ex:
communicationis poena mandamus Quatenus præ:
dictos Prælatos, et Canonicos, per nos uti præmittitur,
institutos in et ad realem et actualem possessioné
Prælaturarum, Canonicatuum et Præbendarum
prædictarum respectiue inducatis, et imponatis:
facientes eis, et cuilibet illorum de censibus, et
prouentibus prædictis, iuxta formam huius Ere:
ctionis nostræ primarie responderi: et uos ipsi quá:
tum in uobis est respondeatis. In cuius rej
fidem, et testimonium præsentes literas nostras,
per Notarium publicum subscribi, illasq; Sigilli
nostri appensione iussimus communirj.
Actum, et Datum Cracouiæ. Anno Dominj Mille:
simo, Quingentesimo, Trigesimo, Quinto. Indicione
Octaua Pontificatus Sanctissimi in CHristo Patris,
et Domini nostri, Domini Paulj, diuina prouidentia
Papæ tercii Anno secundo, Die Mercurii 28 Octo:
bris_ Præsentibus Venerabilibus, Honorabilibus,
et Nobilibus Dominis, Utriusq; Iuris Doctore, Archi:
diacono, et Curiæ Cancellario Stanislao Borek: Stani:
slao Przeborowskj; Benedicto Jsdbienskj, Samuele

Maćieiowski, et Stanislao Pileczki Canonicis Cra:
couiensibus. Gabriele Mansionario, et Valen:
tino Viccario Sendomirien. Simone Kalisz, in
Bolechowice Plebano, Petro Buzeński, Joanne
Jarluczki, Stanislao Dambieński, Stanislao Brze:
zicki, et Andrea de Vrzedow Magistris, testibus
ad præmissa uocatis, atqz rogatis.

STATUTA CAPITU:LI S. ANNAE COM:MUNIA: CONFORMA:TA, ET ACCOMMODATA AD ERECTIONEM.

Contra excessus.

Statutum de introductione noui Præpositi, Decani, et Canonicorum, in Ecclesiam Sanctae Annae.

Per Præpositum, et Capitulum in Conuocatione unanimiter factum. Anno D. 1.5.3.6.

Nos Nicolaus Krabus de Cracouia, Artiu Magister, et Præpositus; Joannes de Piotrkouia, Magister, et Decanus; M. Jacobus de Sieprcz: M. Martinus de Ciesskowice: M. Joannes de Casimiria: M. Benedictus de Kozmin; M. Joannes de Mstow Canonici Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Cracouiæ Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Trigesimo, Sexto. Die Quarta Januarii, capitulariter congregati: uolentes conformari aliqua ex parte Capitulis aliarum Ecclesiarum, et nolentes discedere à laudabili consuetudine earundem Statuimus, et inuiolabiliter obseruari decreuimus: ut quilibet Præpositus nouiter per Uniuersitatem

electus, et per dominum Loci ordinarium con:
firmatus, antequam ad Ecclesiam præfatam, per
Capitulum fuerit receptus: tenebitur ab installa:
tione dare tres Marcas pecuniarum. ex quibus
duæ cedent pro comparandis nouis cappis: tertia
uero marca cedet Viccariis, pro rebus in usum
domus necessariis. Decanus autem et
quilibet Canonicus nouiter electus, dabit unã
Sexagenam Capitulo ab installatione, antequã
susceptus fuerit in Ecclesiam. ex qua Sexage:
na tres fertones cedent pro cappis: et media
marca Viccariis, in usum prædictum conuertenda.

Statutum de non reuelandis arcanis, et Secretis Capituli

Statuimus, et inuiolabiliter obseruari decernimus, quod nullus, sub præstito iuramento, arcana qua:liacunque et secreta Capituli, in conuocationibus ca:pitulariter proposita, seu per modum secretorum tra:ctata; personis extraneis reuelet. Quod si aliquis de reuelatione talium conuictus fuerit: pro primo soluat Capitulo unam Sexagenam. Si uerò pro secun:do conuictus fuerit: excludi debet à talibus conuoca:tionibus Capituli. et si uidebitur Capitularibus, pos:sunt punire maiore poena per Capitulum arbitranda.

De Voce danda in Capitulo.

Statuimus ut singuli Canonici, in consiliis Capi:tuli, suas uoces plenas, et liberas habentes: nul:lus in uocem alterius prorumpat: sed uno loquente cæteri taceant. quo loqui cessante, si quispiam ra:tionem meliorem habuerit: poterit cum reuerentia

eiusdem Canonici, et Præposito seu præsidente Capituli consentiente, rationem suam seu consilium, pro bono Capituli, aut Ecclesiæ incremento, in medium proponere. Quod si quis Capitularium præuolans fuerit: et uocem alterius interruperit: duos grossos irremissibiliter persoluat.

De honestate seruanda in Capitulo.

Ut inter Capitulares sit honestas, Charitas, et disciplina Statuimus ut in consilio, et in uoce sua quilibet sit circumspectus: solum pro bono communi loquatur, nullius personam confundendo. Quod si aliquis capitosus, uel sui honoris immemor, aliquem ex Canonicis siue Prælatis, iuuenem, aut senem paruipendere, et uilipendere, ac uocem alterius contumaciter confundere præsumpserit: extunc statim Præpositus, seu præsidens Capituli, in eadem Conuocatione, eundem incompositum in duobus grossis puniat. Quam poenam idem sic excedens statim deponat, aut saltim pignus

æquiualens: et silentium eidem Præpositus, seu præ:
sidens Capituli, imponat. Quod si à uerbis su:
perfluis, et inutilibus cessare noluerit: aut poenam
statim, seu uadium dare recusauerit: poenam du:
pli incurret. Et si secundò monitus contumaciter
et mandatis, et hortationibus se opposuerit: poenam
triplicem incurret: et ab eadem Conuocatione mox
excludatur. Et si tertiò monitus Præposito uel præ:
sidenti Capitulo se contumaciter opposuerit: ab eadē
Conuocatione excludatur: et poenam grauiorem contra
talem rebellem, et pacis inimicum cæteri Canonici dictet,
ac decernant. Quam poenam si non dederit intra
octo dies, à Capitulo Canonicorum poenitus excludatur.

De Reuerentia Canonicorum ad Prælatos.

Quia decens est, ut maioribus honor deferatur:
nequaquam per amplius aliquis Canonicorum au:
deat Præpositum Capituli, aut Decanum, uel inte:
rim uices gerentem, uerbis derisiuis, siue pungitiuis
atq; contumeliosis publicè turbare, aut processum

illius in administratione et officio, uituperare, ta:
xare, siue quopiam modo dehonestare. Quod si
quis facere præsumpserit: et à Præposito, Decano, uel
Capitulo præsidente ter monitus non cessauerit: poe:
nam Quatuor grossorum incurrat, et persoluat.
13 Si uerò Præpositus uel præsidens Capituli, officium
negligentius administrauerit: ex communi consensu
Capitularium piè informetur, ut diligentius et ipse
suum officium faciat: et alios suo exemplo ad di:
ligentiam maiorem excitet.

De Conclusione per Præpositū, uel præsidentem in Capitulo facienda.

Item Statuimus ut Præpositus, seu præsidens in Capitulo: facta inductione, secundum ordinē, et seriem Capitularium: auditis singulorum uo: cibus: secundum conscientiam bonam, pro bono communi propositis: secundum pluralitatem uocū concludat: et eandem conclusionem sub bona fide, et conscientia exequi debet: non obstantibus contra: dictionibus aliorum.

De Discordantibus.

Duabus inter se discordantibus partibus: adhaerentium uiscera contremiscunt. Statuimus, si quis Capitularium, contra confratrem, et Collegam suum, causam rixosam, uel offensiuam, in Capitulo, capitulariter exortam habuerit: sine strepitu, soli Praeposito, aut Capitulo interim praesidenti, causam suam proponat. Quod si solus Praepositus, uel praesidens, bonum medium inter eos inuenire nequiuerit: extunc Praepositus coassumptis duobus Canonicis causam examinet, et definiat: qui si in unam sententiam nequiuerint concordare: extunc Praepositus uel praesidens, causam eandem Capitulo Canonicorum insinuet: et sententiam definitiuam ab illis proferat: à qua nulli licebit appellare, sub poena unius sexagenae. ne facta Capituli capitulariter tractata, in publicum euolent, in scandalum, et prouerbium plurimorū.

De Familia Ecclesiæ in communi

Nullus omnino contra Sacristianum, Vicarium, Altaristam, Sacerdotem, ludimagistrū, Cantorem, Organarium, Vitricum, Campanatorem uel uicecampanatorem; audeat unquam uerbis inhonestis, detractoriis, contumeliosis, famæ læsiuis insurgere: nullus familiam Ecclesiæ infamare, aut uilipendere præsumat. Si quis aut uerbis inhonestis, scurilibus, contumeliosis, et famæ læsiuis, contra quempiam ex familia Ecclesiæ, insurgere præsumpserit: et de hoc conuictus fuerit: extunc primo in quatuor grossis puniatur: secundo in duplo; tertio in triplo, Si autem quarto tale aliquid commiserit; secundum quantitatem sui excessus, et qualitatem læsæ personæ, grauiori poenæ, per Capitulum arbitrandæ, et ex fundo detrahendæ, sine ulla remissione subiacebit: et nihilominus parti læsæ satisfactionem condignam exhibere erit adstrictus. Porro si quispiam Campanatorem, uel uicecampanatorem, in templo, Sacrario, uel cimiterio crinibus traxerit, uel colaphisauerit;

uel quocunque modo percusserit : poenam arbitrariá Capituli incurret, quam Capitulo, sine quauis procrastinatione soluet : et parti læsæ satisfaciet.

De Custodia ab Incendio.

Ubi amplius timentur pericula, et damna: illic maior adhibenda est cautella, et custodia. Statuimus ut omnes et singuli Sacerdotes, in Ecclesia ministrantes, et sua officia ad quæ tenentur, opportune et decenter facientes: omnibus et singulis locis, atq; temporibus, præsertim uero in hyeme, prouidi sint circa custodiam ignis, et candelarum, ad pericula incendiorum euitanda. Præterea districte obseruare uolumus, quod Sacristianus, Viccarius, Altarista, siue quicunq; Sacerdos, Organarius, Campanator siue Scholaris, nunq; cum nuda candela in domum, aut ad Ecclesiam, aut ad habitationem suam, aut ad organa, aut ad campanile, cira Ecclesiam, prodire audeant: sed semper quoties opus fuerit ad deferendum lumen, laterna congrue, honeste, atq; rationabiliter utatur. Idem de Domo Viccariorum, de Domuncula Capituli, de aliis domibus, et de Schola intelligi uolumus: ubi caminos etiam, omnes et singulos, quolibet

anno, ante hyemem, imo quotiescunq3 opus fuerit diligentissime purgandos ante omnia decernimus. Sub poena sex grossorum, uel maiori per Capitulū arbitranda.

Quo tempore legi debeant Statuta Capituli.

Ne quispiam ignorantiam prætendens, poenam horum Statutorum incurrens, se possit excusatione tueri: placuit quòd ter in año, primò
1. uidelicet, postridie, seu in crastino S. Annæ, in generali Capitulo literæ et priuilegium Erectio-
2. nis cum suis Statutis. secundò die tertia Ja-
3. nuarii. tertio in crastino Dedicationis templi omnia, et singula Statuta, distinctè legantur. In quibus quidem Conuocationibus, omnes Capitulares adesse debent, sub poena Quatuor grossorum, et poena carentiæ.

De initiandis, seu promo: uendis ad sacros ordines.

Item Statuimus, et ordinamus, atqz perpetuo obseruari, et inuiolabiliter manu teneri uolumus: ut si quis ex Capitularibus Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ, sine legitima causa, Sacros Ordines, in decursu unius Anni, post sui in Ecclesiam susceptionem, non susceperit: poenæ pecuniariæ per Capitulum arbitrandæ ex suo fundo, sub: iacebit. Et nihilominus tamen ad tempus, per Capitulum sibi assignatum omnes Sacros Sacerdo: tii ordines, sub poena simili, uel maiori per Capitu: lum arbitranda suscipere tenebitur, et erit adstrictus. Si uero hanc temporis assignationem spreuerit, et in suo proposito temere perseuerauerit: poena præ: dicta pro Capitularibus onera grauiora ob pauci: tatem sui obeuntibus, ex fundo suo, à Procuratore Capituli sibi soluendo detracta, uel detrahenda: procedendum contra eum, coram Loci ordinario ad priuationem Canonicatus uigore nouæ Erectionis de super editæ.

De Electione Procuratoris Capituli.

Item Statuimus, et ordinamus, atq; perpetuo ob:
seruari, et inuiolabiliter manu teneri uolumus,
Ut quicunq; ex Capitularibus Ecclesiæ Collegiatæ
Sanctæ Annæ, secundum uocationem suam et ascē:
sum, legitime, Canonice, et Capitulariter, in Procuratore
Censuum, et prouentuum Capituli, electus; officium Su:
iusmodi suscipere, et obire neglexerit, aut recusauerit:
Ut talis ultra duas Marcas, Procuratori ratione
officii in Erectione assignatas: etiam in Quinque
Marcis, ex fundo illi detrahendis puniatur. Quæ
quidem pecunia tota, inter eos, qui onus procuratio:
nis redituum Capituli ferre non recusabunt, in com:
mune diuidi, et distribui debet. Huic poenæ
in toto etiam eos subiicientes, qui in absentia sua,
nullos Procuratores ex numero Capitularium con:
stituunt: ad prædictum officium procurationis
redituum Capituli pro se, in loco, et ordine suis,
obeundum.

STATVTA CAPITV:
LI S. ANNAE POE:
NALIA.

Contra Negligentias.

Statutum de Primis Vesperis festorum Solennium.

In primis Statuimus, et inuiolabiliter in nostro Capitulo obseruari, et manu teneri perpetuo uolumus: ut quicunqz ex Capitularibus primis Vesperis festorum Solennium non interfuerit: pro singulis uicib9 in Quatuor grossis puniatur.

De Primis Vesperis festorum Celebrium.

Item Statuimus, et perpetuo obseruari uolumus: ut quicunqz ex Capitularibus Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ, primas Vesperas festorum Celebrium neglexerit, pro singulis negligentiis in uno grosso puniatur.

De tenebrosis Matutinis magnæ Hebdomadæ.

Quicunqz tenebrosas Matutinas ex Capitularibus neglexerit, pro singulis uicibus in Quatuor grossis puniatur.

De Matutinis precibus festorum Solennium.

Item Statuimus, et ordinamus ut quicunque ex numero, et ordine Dominorum Capitularium Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ, preces matutinas, præcipue uero in festo Natiuitatis, atque Resurrectionis Domini nostri Jesu CHristi neglexerit, et in eisdem personaliter non comparuerit: si Hebdomadarius fuerit in octo grossis: si uacans, in sex grossis, pro singulis uicibus puniatur.

De Processionibus, Diebus Dominicis, et Solennibus quibusdam, circa Ecclesiam, in Communi.

Item Statuimus, et decernimus, ut quicunque ex D. Capitularibus S. Annæ, processiones Diebus Dominicis, et solennibus quibusdam, aut in patrociniis quatuor temporum, circa Ecclesiam fieri atque peragi

solitas omiserit, aut neglexerit: pro sin:
gulis uicibus, in duobus grossis puniatur.

Exceptio de Concionatorib.

Quoniam autem contingit illos Capitulares
qui in aliis Ecclesiis officium concionandi susti:
nent, atq; obeunt, sæpenumerò propter aliquas
iustas, legitimas, et rationabiles causas et ea:
rum circumstantias Processiones huiusmodi,
tam Dominicis, quàm Solennibus quibusdā
diebus, circa Ecclesiam fieri solitas omittere,
et negligere: itáq; eosdem si modo finita Con:
cione Missam non neglexerint: uel si Missā
iuxta Erectionis suæ Concionaturæ obliga:
tionem celebrauerint: ab ea poena duorum
grossorum, omninò liberos esse uolumus, et
unanimiter decernimus.

De Processionibus Extra:ordinariis

in Suppliciombus publicis: uel patro:ciniis Ecclesiarum.

Item Statuimus, et ordinamus: ut quicunque ex Capitularibus prædictæ Ecclesiæ, Diebus Rogationum: publicarum, supplicationum: litaniarum publicè quocunque tempore indi:ctarum: et in patrociniis quarumcunque Ecclesiarum, publicas, solennes, usu antiquo receptas Processiones pro quacunque necessita:te Ecclesiæ Catholicæ, debito ordine, et modo indictas neglexerit: uel aliquo modo omi:serit: pro singulis uicibus, in Quatuor grossis puniatur.

De Officio Hebdomadarii die Dominico.

Item statuimus, et ordinamus: ut quicu:
q3 ex Capitularibus Hebdomadam in suo
turno per se, uel per alium confratrem
eiusdem Capituli, totam in summo Sacro
ordine, modo, et ritu debito atq3 congruo
obire neglexerit: pro singulis uicibus, me:
dia Marca pecuniarum, secundum Erectio:
nem sibi debita meritò carebit, quæ succe:
dentibus, et celebrantibus in suo ordine
diuidi debet.

De Officio Hebdomadarii in festo Celebri.

Quicunque Hebdomadarius ex Capitularibus, quolibet festo celebri in sua Hebdomada tunc occurrente per se, uel per alium eiusdem Ecclesiæ con: fratrem, in summo Sacro, ordine, modo, atque ritu debito sacrificare neglexerit: pro sin: gulis uicibus in sex grossis puniatur.

De Officio Hebdomadarii in festo Solenni.

Quicunque Hebdomadarius ex Ca: pitularibus, quolibet festo Solenni, in sua Hebdomada tunc occurrente, per se, uel per alium eiusdem Ecclesiæ confratrem,

in Summo Sacro, ordine, modo, atq; ritu debito sacrificare apud summum altare, neglexerit: pro singulis uicibus, in Octo grossis puniatur.

De Secundis Vesperis festorum Solennium.

Quicunq; ex Capitularibus Secundas Vesperas festorum Solennium, et præsertim in festo Sanctæ Annæ, neglexerit: pro singulis uicibus, in Duobus grossis puniatur.

Jozef Gebinski
[illegible]

CONCLUSIONES CAPITULI SANCTAE ANNAE CRACOVIAE.

Conclusio de Domuncula Capituli, in Cemiterio templi S. Annæ penes turrim. I.

Anno Domini 1538. Die uero 26 Decembris. Rndus Dominus Ærasmus Cracouien. Sacrorum Canonum Doctor, Præpositus et Decanus simul Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ: Conuocationem Dominorum prædictæ Ecclesiæ S. Annæ Canonicorum more solito, sub hoc tenore verborum fecit. Venerabilis, ac egregie Domine Canonice; adsit hodie Dominatio V. in habitatione Præpositi, Hora 20. ad deliberandum de dispositione, et ordinatione Domunculæ Capituli in Cemiterio templi S. Annæ penes turrim etc. et ad alia quæ per Præpositum proponentur tractanda, prout quisque diligit bonum Capituli: et sub poena non contradicendi. Detur omnibus Dominis Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ. Ex parte Præpositi eiusdem Ecclesiæ.

In qua quidem Conuocatione prædictus Rndus Dnus Præpositus, cæterique Canonici Capitulariter congregati, considerantes omnes Viccarios, tam antiquos, quam

nouos præfata Ecclesia; optima mansione, et domo murata, impensis partim per olim Doctorem Michaelem de Lublin, legatis, partim ex prouentibus pro Capitulo spectantibus constructa prouisos esse. De ipsa lignea Domuncula in Cemiterio templi penes turrim, in qua prius Tres Viccarii, et quartus Organista morabantur: in laudem et gloriam Dei Omnipotentis, tum honestatem, et vtilitatem prædictæ Ecclesiæ, et pauperum Sacerdotum in eadem Ecclesia lectas, seu Missas tenentium, et celebrantium profectu: Vnanimi consensu omnium in hanc sententiam Conclusum est: Vt in eadem Domuncula Organista eiusdem Ecclesiæ pro tempore existens, vnam Cameram, pro mansione sua habeat: eaq[ue] honeste, et pacifice iuxta antiquã consuetudinem utatur. In aliis aut[em] Cameris pauperes Sacerdotes, seu lectores Missarum eiusdem Ecclesiæ maneant. Qui quidem singuli eorum, à dictis

Kamerzalia — Cameris, per sex grossos, singulis Quartalibus anni soluere tenebuntur. Et hæc pecunia non ad utilitatem nostram, seu Capituli: sed ad reformationem, et restaurationem necessariam eiusdem Domunculæ cedere debet. De qua quidem pecunia, à præfatis Sacerdotibus collecta, procurator Capituli tempore suæ rationis, singulis annis, coram Præposito, Decano, et aliis eiusdem Ecclesiæ Canonicis capitulariter congregatis, de omnibus perceptis, et expositis, rationem facere erit adstrictus, et obligatus.

Auscultata, et approbata per totu[m] Capitulu[m]; in omnibus, et singulis clausulis, et punctis —

Conclusio de Orga: no templi nouiter reparato, et ad integrum restituto per Capitulum. Item de Organario Ecclesiæ. Et de clauibus ad Organu.

Anno Domini 1579. Die uero 7. Octobr licet absente, tamen ad omnia et singula per suum legitimum procuratorem consentiente Rndo Dno M. Casparo Radossycio, Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ protunc Præposito: in Grodek quoqꝫ et Rodatycze Plebano, facta fuit essentialis Conuo: catio, per Rndum Dominum M. Andream Zie: lenski protunc prædictæ Ecclesiæ S. Annæ Decanu: ad audiendam rationem tam perceptorum, quàm expositorum pro Organis, per procuratores Organo: rum, ante biennium in domo, et præsentia pdicti Dni Præpositi capitulariter electos faciendam: et ad deliberandum super dispositione, et in suo bono esse conseruatione nouiter reparati, et ad integru restituti, in omnibus, et singulis Vocibus Organi cum sua testudine propter folles nouiter erecta, hoc tenore Verborum. Venerabilis, ac Egregie

961

Domine Canonice, adsit D. V. hodie Hora 13. in habitatione Decani: ad audiendam rationem de perceptis, et expositis pro Organis, et testudine noua propter folles Organis adiuncta, per Procuratores Organorum ante biennium capitulariter electos faciendam. et ad deliberandum super dispositione, et in suo bono esse conseruatione supradicti in Ecclesia S. Annæ Organi etc. Detur omnibus et singulis Dominis S. Annæ Canonicis. Ex parte Decani eiusdem Ecclesiæ.

In qua quidem Conuocatione, audita prius diligenter, et examinata sufficienter, postea uero suscepta et approbata, in omnibus, et singulis suis punctis, et clausulis ratione; ex unanimi omnium Dominorum Capitularium consensu, nemine contradicente, vigore eiusdem Conuocationis, conclusum est in hanc sententiam Primum quidem Vt omnia et singula officia Ecclesiastica consignata suo tempore, in laudem, honorem, et gloriam Omnipotentis Dei; tum ad excitandam, et promouendam deuotionem, et pietatem Christifidelium: iuxta antiquum usum, et laudabilem consuetudinem aliarum Collegiatarum Ecclesiarum præsertim Cracoviæ, tum uero iuxta Erectionem Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ, in prædictis Organis, apte, diligenter, ac deuote præscriptis, et assignatis temporibus peragantur, modificentur atque decantentur.

Deinde uero Vt tota facultas, et potestas disponendi, et in suo bono esse conseruandi Organi, propter certas,

legitimas, iustas, atq3 rationabiles causas, sit semper
deinceps non minus penes Rndum D. Praepositum pro
tempore existentem, quam penes D. Decanum, atq3 to:
tum Capitulum, sine quouis praeiudicio D. Praepositi.
Ita quod Rndus D. Praepositus, et Decanus, cum toto
Capitulo habebunt plenariam, et omnimodam facultate,
ad praedictam Ecclesiam Collegiatam S. Annae, eligere,
suscipere, et admittere, sive etiam alienare Organariu
pro necessitate, utilitate, et honestate eiusd. Ecclesiae.
In huiusmodi aut mutatione, aut susceptione quoties:
cunq3 acciderit siue per recessum, siue per decessum: Procu:
rator Capituli pro tempore existens; coassumpto aliquo
Organario fide digno, siue aliquo fratre, aut Sacerdote
NB. fauorabili ut Viccario: ipsemet per se ascendendo in
propria persona, reuidebit tota Organa hoc pacto,
posito uidelicet Calcante ad Calcaturã, singulas uoces
aperiendo singillatim: de tubis et integritate earu
ordine clauiatura tangendo pertentabit. et sic sp
de integritate, aut defectu Organi Capitulũ certum erit.

Porrò Organarius cum suo Calcante legitime sus:
ceptus, et admissus; nunq3 ad Structuram seu la:
dam, nunq3 ad ligaturã, nunq3 ad Positiuum aperi:
re, uel per se uel per alium debebit, nunq3 audebit,
sine consensu Capituli, in praeiudicium et damnu
(quod absit) Ecclesiae. in quo fidem et conscientia
illius iureiurando obligamus, et oneramus.
Sed si quid forte corrumpi, uel deprauari aliquando

in prædictis Organis contigerit: extunc ad Pro-
curatorem Capituli totum id Organarius pro tempore
existens referre debebit. et Procurator ut negotium
quodlibet aliud; ita et defectum, sine aliquod damni
in Organis, in Capitulo referet. Capitulum autem
super huiusmodi defectu sine damno sine mora delibe-
rabit, consulet, ac reparare tam per revisores, quam per
deputatos procuratores tempestive curabit: et ne ex par-
vis principiis neglectis processu temporis maiora dam-
na subsequantur diligenter occurret, ac providebit.

Præterea in eadem Convocatione conclusum est: ut
Claves speciales ad Structuram, seu ladam; ad liga-
turam, et Positivum semper deinceps in Cista Capituli,
in qua nunc duo Calices et pecuniæ reponuntur; summa
fide, et custodia adservuentur. Communes autem qua-
tuor Claves ad Organa aperienda Rndus Dnus
Decanus, à M. Valentino Vidanien Canco, tanquam
Organorum procuratore, accipiendo: easdem ibidem in eadem
Convocatione, in manus Honorabilis D. Joannis Klu-
czianowski Sacristiani protunc apud D. Annam, sub iis
conditionibus tradidit, et concredidit.

Primo ut Sacristianus pro tempore existens easdem Claves
in interiori risco in quo communes Calices templi servatur,
et clauduntur etc: cum summa fide et custodia adservet, pro-
mat et reponat toties quoties: nemini easdem nisi proprio
Organario, tempore debito credendo, et communicando.
Deinde ut quilibet Organarius, pro tempore existens:
ex manibus D. Sacristiani toties quoties easdem Claves
poscat, petat, ac requirat: atque peracto, et absoluto

otto

Officio: in manus praedicti Sacristiani semper reddat, ac referat; sine quavis excusatione, et cunctatione. quandoquidem ea est antiquitus semper observata consuetudo, et quasi lex quaedam perpetua, in omnibus tam Collegiatis, quam Cathedralibus Ecclesiis, et maxime Cracoviae.

Auscultata, et approbata per totum Capitulum in Convocatione super ea re habita, in omnibus et singulis clausulis et punctis.

Conclusio de Censu 30 florenor. pro 600 florenis, apud D. Joannem Mrziglodek Consulem et Andream Myslek Scabinum Casimiriae, per Capitulum empto.

Anno Domini 1580. Die uero 27 Januarii. licet absente, tamen ad omnia et sin: gula per suum legitimum Procuratorem consentiente Rndo Domino M. Casparo Radossycio, Ecclesiae Collegiatae Sanctae Annae protunc Praeposito: in Grodek quoque et Rodatycze plebano: facta fuit Essentialis Conuocatio per Rndum Dominum M. Andream Zielenskj protunc praedictae S. Annae Ecclesiae, Decanum, sub hoc tenore Verborum.

Venerabilis, ac Egregie Domine Canonice, adsit Dominat. V. hodie, hora 20, in habitatione Decanj, ad numerand pecuniam Capituli, nuper collectam; et ad deliberandum consultandum, et finaliter ali: quid concludendum super eadem etc. sub poena, prout diligitis bonum Ecclesiae, et Capitulj. et sub poena non contradicendj. Detur omnibus D. Canris Ecclae S. Annae. Ex parte Decanj eiusdem Ecclesiae.

In qua quidem Conuocatione praedictus M. Andreas Zirlenski Decanus, et M. Valentinus Vidauien protunc Capituli Procurator; recognouerunt, declarauerunt, et actu repraesentauerunt, se accepisse à Magnifico Domino Joanne Barzy, idque per manus Rndi Dominique Alberti Chociessowski Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omniu Decani etc ex bonis Lxiaz, et aliis florenos Sexcentos, unumquemque florenu per Triginta grossos Polonicales computan; pecunia ad Venerabile Capitulum S. Annae legitime spectantis: et eidem per Officium Castren Cracouien, secundum processum Iuris adiudicatae, ratione retentoru Censuum, in suprascriptis bonis Lxiaz obligatorum, et inscriptorum: idque pro Nouem annis, incipiendo uidelicet ab Anno Dni 1571. et continuan usque ad festum Natiuitat Domini, in Anno salutis 1579. inclusiue.

Venerabiles itaque Domini Capitulares Ecclesiae Collegiatae S. Annae, maturioribus, et salubrioribus tam suis, quam maiorum suorum ea in re usi consiliis, et praesertim Rndi Patris Domini Doctoris Martini Pilsnen, Ecclesiarum Cathedralium Cracouien, et Wratislauien Canonici: et protunc almae Uniuersitatis Cracouien Rectoris uigilantissimi; et singularis praedictae Ecclesiae S. Annae benefactoris, et patroni: tandem pecunia Sexcentoru florenorum

Summam, ad propagandā laudem, honorē, et gloriā nominis Dej, tum ad augendos Census Capitulj; de consensu unanimi tam ipsorum Dominorū Capitula: rium, quàm maiorum suorum: Casimiriā Urbem Cra: couiæ uicinam, duobus honestis, et bene possessionatis Ciuibus, præmissis secundum formam Iuris, legitimis Obligationibus, intromissionibus in bona illorum; Con: sensibus item Regiis, et aliis ad hunc actum requisitis conditionibus in Vim reemptionis als na Wyderkaff dederunt, et assecurauerunt. Videlicet Honesto Dño Joanni Mrzyglodek Ciui, et Consuli Casimirien, Du: centos florenos, à quibus mediante Quietatione, sub Sigillo Venerabilis Capituli S. Annæ singulis Annis soluere tenebitur, in manus Procuratoris Capitulj S. Annæ, pro tempore existentis florenos Polonicales Decem. idq3 pro duabus ratis. prima rata pro festo Natiui: tatis S. Joannis Baptistæ floren Quinq3. et Secu: da rata pro festo Natiuitatis Domini floren Quinq3. Porrò ex eadem Summa Sexcentorum florenor: Quadringentos florenos, simul ibiq in instanti de: derunt Honesto, et famato Ciui, ac Scabino Casimirien Domino Andreæ Myslek, forma, et modo præmisso. qui similiter mediante Quietatione, singulis Annis, in manus Procuratoris Capituli Viginti Polonicales florenos, soluere tenebitur. idq3 pro duabus ratis. prima rata pro festo Natiuitatis S. Joannis Baptistæ florenos Decem. Secunda rata pro festo Natiuitatis

Dominij similiter Floren: Decem. Insuper vi:
gore supradictæ Conuocationis unanimiter de eadẽ
pecunia, nemine contradicente ita est conclusum.
quod prædicta pecunia Triginta Florenor: sic ut
præmittitur per Procuratorem Capituli collecta, sin:
gulis annis duabus uicibus inter D. Decanũ actu
Sacerdotem, et Canicos simile actu Sacerdotes, et in
Ecclesia pdicta per se laboran. secundum ratas
superius descriptas, diuidi debet. tum quia bona
pars eiusdem Sumæ est Capitulo ab Executoribus quorũ
piæ memoriæ defunctorum Capitularium donata.
ut patet ex Cyrographis, in Cista Capituli positis.
tum quia ex propriis Censibus Capituli diutius retentis her pers
est collecta. Ut latius patet in Registis Capituli. etc.

Auscultata, et approbata, per totum
Capitulum in Conuocatione super ea
re habita; in omnibus, et singulis
clausulis, et punctis.

Conclusio de velo nigri Axamenti super feretrum, per Capitulum nouiter comparato.

Anno Domini 1581. Die uero 21. Februarii licet absente, tamen ad omnia, et singula, per suum legitimum procuratorem consentiente Rndo Domino M. Casparo Radossyrio, Ecclesiae Collegiatae Sanctae Annae protunc Praeposito, in Grodek quoque et Rodatycze Plebano; facta fuit Conuocatio per Rndum Dominum M. Andream Zielenski, protunc praedictae Ecclesiae Sanctae Annae Decanum: Sub Sor tenore Verborum.

Venerabiles, ac Egregii Domini Canonici, adsit D. V. hodie, Hora 20. in habitatione Decani, ad deliberandum, consultandum, et finaliter aliquid concludendum; super dispositione, et in suo bono esse conseruatione Veli ex nigro Axamento super feretrum nouiter ad Ecclesiam nostram per Capitulum comparati: et ad alia quae per Decanum proponentur tractanda Sub poena prout diligit bonum Capituli atque Ecclesiae: et non contradicendi Detur omnibus Dominis Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Annae. Ex parte Decani Ecclesiae eiusdem.

In qua quidem Conuocatione, Domini Canonici Capitulariter congregati tam suis, quàm maiorum suorũ maturioribus, salubrioribus, melioribus usi consiliis; et præsertim R.ndi Patris Domini Doctoris Martini Pilsnen Ecclesiarum Cathedralium Cracouien, et Wratislauien Canonici, et protunc almæ Uniuersitatis Studii generalis Cracouien Rectoris vigilantissimi, et singularis prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ patroni, atque benefactoris liberalissimi ut pote, qui præter cætera memorabilia pignora in Ecclesia S Annæ, etiam Quinquaginta florenos Polonicales, pro eodem Velo super feretrum comparan tanquam principalis Testamenti Executor piæ memoriæ olim R.ndi et Clarissimi viri D. Doctoris medicinæ Petri Posnanien Can.ci Cracouien, et Præpositi S. Floriani in Kleparz, de consensu suorum Coexecutorum prædicto Capitulo, et Ecclesiæ donauit. Et supradicti Domini Capitulares attenden, et expenden quàm magnis laboribus, et sumptibus, post diuturnam expectationem Velum ex nigro Axamento propter honestatem, et utilitatem prædicti Capituli, et Ecclesiæ sit acquisitum, et comparatũ. prouidentes et illud, quia huiusmodi Velum sicut et cætera Ecclesiastica vestimenta, et ornamenta, non tantum negligentia, sed etiam assiduo usu facile consumuntur. itaque ad occurrend

tempestivi omnibus et singulis fortuitis casibus, inco:
modis, periculis, damnis, et gravioribus difficultatibus,
quaecunque in posterum ex parte praedicti veli suboriri
possint: ex unanimi consensu omnium nemine con:
dicente est ita conclusum. Ut praedictum velum in
sua theca bene provisum et occlusum in secretiori
Sacristia, cum aliis magis preciosis rebus Ecclesiae
eiusdem per quemlibet Sacristianum pro tempore exi:
stentem, summa fide, et diligentia servetur, custo:
diatur, promatur, et reponatur. Porro clavis specia:
lis ad praedictum velum, semper apud Decanum
pro tempore existentem servetur atque reponatur.
Item super eodem velo ibidem simul unanimiter
ut praemittitur est conclusum: ut nemini unquam
ex templo, sive sacrario, per Sacristianum vel quempiam
alium communicetur, nemini tradatur: nisi de
unanimi totius Capituli consensu. et hoc non quibus:
vis passim et indifferenter: sed qui sunt almae
Universitati Cracovien. incorporati: aut ad summum
qui sunt de Parochia Ecclesiae Collegiatae S. Annae.
idque sub istis conditionibus.
Primo ut Campanator, seu vicecampanator, sive
Vitricus templi pro tempore existens, prudenter,
caute, et honeste illud deferat, et ab omni pollu:
tione, contaminatione, conspersione, perfusione, sive
quavis inquinatione, et, omnibus locis non minus
diligenter quam fideliter custodiat, et praeservet.
pro labore aut (si modo diligens, providus, et cautus

fuerit, et mundum atq3 integrum Velum ad Sacri-
stiam reportauerit) toties quoties gl. 3 à procu-
ratore Capituli percipiet. Alias cauebit ne dam-
num, polutionem, uel iacturam nō solum in in-
stanti resarcire, sed etiam iuxta arbitrium Capituli
persoluere unâ cum his quibus Velum concessum fue-
rit, iustissima lege rogatur.
Deinde uero Vt quicunq3 huiusmodi Velo
aliquando opus habuerit: (exceptis tamen Ca-
pitularibus eiusd. Ecclesiæ) ante omnia, pro
singulis uicibus; si fuerit Uniuersitati incor-
poratus grossos Quindecim: si uero fuerit
aliquis extraneus Ciuis honestus de eadem Caro-
lina toties quoties grossos Viginti quatuor
more solito, in manus procuratoris Capituli
pro tempore existentis, sine grauis dilatione nume-
rare ac persoluere debebit, propter simile Velum, in
usum Ecclesiæ similem comparandi. Quæ quid. pecu-
nia per eundem procuratorem toties quoties ad Cistam
Capituli reddi ac in suum Sacculum reponi debet.
præsentia enim bene ac prudenter moderata, et or-
dinata; solent rebus futuris lucem, et commenda-
tionem adferre.

Auscultata, et approbata per totū
Capitulum, in Conuocatione super ea-
re habita; in omnibus, et singulis clau-
sulis, et punctis.

Conclusio de loco Vnblis D. M. Adami Opatouij.

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Septimo, die vero 27 Julij, in Capitulo generali postridie Sanctae Annae more solito per schedam in loco Capitulari ad alia tum ad hoc specialiter congregato, relatum est de loco, alias stallo V. D. M. Adami Opatouij [illegible] destructus locus per Rndos ac Vnbiles Dnos Doctores et Magistros Communitatis Maioris Collegij tanquam Patronos, Vnbli Dno Magistro Mathiae Blosio, praeiudicari debeat aliquid in [illegible] et possessioni V. D. M. Adami Opatouij in eadem Ecclesia. Deliberatione facta in hoc puncto, Vnble Capitulum [illegible] iuri iam acquisito in Ecclesia per V. D. M. Adamum Opatouium solenniter processionaliterque ac nullo contradicente pro parte V. D. M. Blosij, per R. D. Decanum et Canonicos esse introductum, et locum stalli penes V. D. M. Albertum Virginium eidem iuramento praemisso assignatum habere debere robur praeminentiae in Vnbli Capitulo ante omnes alios nondum installatos et in possessionem receptos. Cui conclusioni omnes annuerunt et eam inscribi legique in Capitulo voluerunt, prout lecta et auscultata est postridie eiusdem diei circa rationem.

Conclusio de certo Ecclesiae argento vendendo propter tecti reparationem.

Item de contractu quem recepit V. Capitulum in Summam [illegible] propter eandem Ecclesiae necessitatem.

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Duodecimo festo diei S. Annae more solito data fuit convocatio per R. D. Ni[illegible]

Communa Goerieli I.V. Doctorem Praepositum S. Annae sub
hoc tenore verborum. R. D. Decano et Canonicis S. Annae adsit
Reverentia V. statim post Sacrum maturum in loco Capitulari ad e-
ligendum novum D. Procuratorem, et ad deliberandum de Ecclesiae col-
labentis structura, tum de aliis et honestis rerum. Sub poena non
contradicendi, et prout diligit bonum Ecclesiae et Capituli. Dabar omni-
bus R. Dnis Decano et Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Annae. Ex
parte Praepositi S. Annae.

In qua quidem convocatione cum Rdus Dnus Praepositus, Decanus
et totum Capitulum ex relatione facta per artifices submissos ad ruinam
videndam intellexissent, quod periculum immineret Ecclesiae nisi
tito maturo subveniretur, concluserunt unanimi sententia, ut
quam primum ad Ecclesiae tectum, et alia ejus ruinosa partes reparentur.
Et cum summa aliunde haberi non potuit. assignati sunt sex cali-
ces deaurati, et Casula una ex filo argenteo contexta, et Hume-
ralia quinque gemmis ornata, et paulo argenti quae sunt Casulae
detracta: ut haec omnia obtenta prius facultate ab Illustrissimo
et Rndissimo Dno Petro Pethelei Episcopo Cassoviensi, per Procu-
ratorem Capituli divenderentur. Ex permissione itaque Rndissimi
D. Loci Ordinarii, quae in scriptis V. Capitulo data: Ego M.
Adamus Ofalevius Procurator eorundem Capituli vendidi sex
calices deauratos: Quorum primus habuit pondus trium Marca-
rum et semis et quinque lotones seu sextas. Secundus trium simi-
liter et semis et tres quartas. Tertius trium Marcarum et unius
lothoni et semis. Quartus duarum Marcarum et unius lothoni et semis.
Quintus trium Marcarum et semis, et dimidii fertonis lothoni. Sextus
duarum Marcarum et undecim lothonum. Qualibet autem ...

L

argenti Marca Floreni Quinque et grossos quindecim vendita. Sum: ma generalis Florenorum Centum et quinquaginta novem. Argenti fractae Cap: sulae dispersae quae erant deauratae argentum habebant ex grossis conflu: tum pondus trium Marcarum et quinque scotos, acceptum sunt Florenorum tredecim. Reliquiae vero fractae argenti erant boni et puri argenti et pondus ha: bebant unius Marcae pro quibus Floreni octo accepti. Ex Capsula fi: lo argenteo textae, et humeralibus una Marca argenti collecta et trede: cim scoti et tertius, accepti sunt Floreni duodecim grossi quindecim. Mar: garitae vero humeralibus adiunctae quia non sunt venditae Venerabili Capitulo sunt praesentatae et Ecclesiae redditae.

In eadem convocatione conclusum est, ut Centenarius legatus per clarissimum olim D. Stanislaum Curtovium Medicinae Doctorem et colle: gam Maiorem, pro Cantore qui passionem in quadragesima decanta: ret per Venerabile Capitulum acciperetur in vim census reemptionalis, et in aedificium Ecclesiae converteretur, et censum quinque Florenorum annuatim in solutionem inscriberet, ut quidem praesenti conclusione se reserva: bat, et solutionem acciperet tam diu donec summam Centum Florenorum acciperet, et aliud censum pro eadem inveniret. Haec vero conclusio R. D. Illustrissimo Reverendissimo Praesule die 27. Iulii in loco Capitu: lari coram R. D. Praeposito, Decano, et Canonicis lecta, auscultata, ap: probata est.

Summa Universorum Expensorum pro aedificando Ecclesiae Tecto in Templo sub Gubernatione Ill. Adami Opalovii
Sub Anno 1612.

Anno Dni. 1614. die vero 21 Julii
In Capitulo generali postridie S. Annae
more solito per schedam in loco Capitulari
ad eligendum D. Procuratorem pro sequenti
anno et alia negotia Capituli tractandi, Con-
vocato: ex unanimi Consensu electus erat
Rdus D. Matthaeus Blasius, eo quod annis
superioribus hoc offi. Procuratoris non fuerit
functus, ipse vero ut liber fieret ab hoc offi.
renunciavit ultro et sponte orbis fundis quos
pro annis praeteritis retentos habebat usque
ad praesentem annum. Capitulum eius
postulatis non Contradixit imo annuit et Con-
sensit et Conclusionem hac de re inter
alias Conclusiones Capituli inscribi demandavit.

Conclusio de loco Vicariorum ad mensam.

In eodem Capitulo decisae sunt Controversiae
aliquot inter R. Vicarios, et Sacristanum
primo ratione loci ad mensam quem Rdi
Vicarii volebant esse ultimam, Ex. Capitulum
visis eorum legibus, et bene Consideratis,

Consuetudinibus decreverit R.[everen]dum vicepraepositum
debere esse primum et ad mensam et in
aliis sepulturis, solum in ordine Sacristam
retineat ordine sue ratione incorporationis
ad Communitati vicariorum.

In eodem Capitulo statutum est, ut prefatus
Sacrista de omnibus porrectis, seu eleemosinis
ad mensam dari solitis participaret, cum R[everen]dis Vicariis.

Tertio in eodem Capitulo statutum est ut si
quando contigerit ex parochia S. Annae aliquem
sepeliri alibi, Sacrista debet ex quarta
Canonica portione participare cum Vicariis,
si eam acceperint.

Ratificata et approbata per totum
Capitulum in omnibus et singulis clausulis,
et punctis.

+

Anno Dni 16 decimo octavo, die vero
21 Julii.
In Capitulo generali postridie S. Annae more solito
per schedam in loco Capitulari ad eligendum
R. D. procuratorem pro sequenti anno et alia
negotia Capituli tractanda Convocato. proposuit
Rdus Dnus Albertus Boronius, Car. S. Annae et Execu-
tor olim Rdi Dni Hieronimi Gorecki J. U. D.
et Praepositi S. Annae, mentem hanc fuisse prae-
fati Rdi D. Praepositi et testamentum monstravit
ut ex Collecta pecunia quae Colligi poterat
ex praediis et frumentis post mortem relictis
augeretur Census pro duobus Vicariis, si fieri
posset, vel pro uno, si non sufficeret pro duobus
ad aedes S. Annae ostendit itaque Flor. quingentos
esse Collectos, quos dedit in bona Stusiecz et
Segebrisz, Cum pecunia Universitatis,

ne

et V. Capitulo inscripsit in actis rectoris a
quibus sortem proportionaliter Caperet V. Capitulum
sua et vicarium sextum ad antiquos quinque
adiungeret et provideret. His auditis V. Capitulum
defuncto quidem fundatori et benefactori requi=
em aeternam, à D.O.M. precatum est. R.do vero
Alberto Boronio pro labore quem suscepit gratias
egit, et oblatam fundationem grato et alacri
animo suscepit, obligavitque se ex unanimi Con-
sensu Vicarium sextum adiungere, et ei providere
salarium aequale Cum aliis flor. 4 et pro an
chore mensa vicariis septimanatim gl. 12, et
iam ex nunc suscepit Vicarium, à quartali S.
Luciae, pro anno sequenti, 1619.

Haec Conclusio in V. Capitulo lecta, acceptata,
et approbata, et iterum post resignationem offi=
procuratoris ab Alberto Boronio reddita et à V. Ca=
pitulo iterum recepta, et approbata, et unanimi
Consensu.

+

In eodem Capitulo, Rdus Simon Halierus Can. S. Annae et Executor olim Rdi Stanislai Batcanii Can. Crac. obtulit V. Capitulo Flor. Centum, legatos à praefato Rdo Dno Batcanio pro vicariis S. Annae et ibidem in Stropei et Szebrisz Cum pecunia Universitatis legatos, quos ibidem V. Capitulum grato animo suscepit et assignavit pro mensa vicariis singulis septimanis adiungendos grossos tres.

Hac similiter Conclusio in V. Capitulo lecta, auscultata, et approbata ex unanimi Consensu, sicuti superior.

+

63

Anno Domini 1620. Postridie S. Annae data est Conuocatio pro Capitulo Generali per R. D. Ioannem Zaborowski S. Annae Praepositum in hac forma. Adm. R. D. Praelatis et Canonicis V. Capituli S. Annae adesse dignetur. D. V. Hodie post absolutum maturum sacrum in Adyto Sacristiae pro more et antiquitus recepta consuetudine ad consultandum de Eligendo nouo D. Procuratore Capituli S. Annae pro currenti Anno. et ad consultandum de Honesto et Vtili Venerabili Capituli. tum et ad alia quae proponentur per R. D. Praepositum. Detur omnib. R. D. Praelatis et Canonicis Capituli S. Annae. Sub Poena non contradicenda et prout quisque diligit V. Capitulum. Ex Parte D. Praepositi Capituli Eiusdem. In qua conuocatione circa Procuratoris Electionem inter R. D. Sebastianum Latkowicz et R. D. Iacobum Veterem Canonicos a Maiori Collegio simul nominatos de priore in Capitulo loco atque dicto Stallo. est contentio suborta. R. D. Iacobo Veterem priorem institutionem possessionem, cum laboribus in Ecclesia susceptis, R. D. Sebastiano Latkowicz priorem in Collegium Maius vocationem pro se allegantibus. V. Capitulum post Inductionem factam. agnouit R. D. Iacobum Veterem Stalli prioris possessione iure gaudere. neque ad cedendum teneri, nisi forte sponte sua id fecerit. Hic dum

V. Capit

V. Capitulum voluntatem R.D. Jacobi Vsterii expectat
interimque R.D. Sebastianus Latkowicz petitionem interponit
ille ad mutuam charitatem fovendam, ultro Stallum prius R.D.
Sebastiano Latkowicz se concessurum promisit. ubi in decursu
unius Anni ab ea die initium sumendo Presbyter factus fu-
erit. Munus autem Provocatoris Capituli (quod ob non
habitum Stallum ex Anno R.D. Sebastianus Latko-
wicz obire minime possit sed illud in R.D. Jacobum Vste-
rium necessitatus prius devolvat) sequenter administret.
ita ut ubi R.D. Seb. Latkowicz eo perfunctus fuerit. R.D.
Canonicum qui R.D. Jacobum Vsterium ergo immediate con-
cernat. alias velle se de Jure suo decedere est protestatus.
Ad praedicta R.D. Seb. Latkowicz cum gratiarum actione
sese submisit. quod V. Capitulum ratum et firmum ut [illegible]
approbavit et tum primum ad Officium Capituli Provocatoris
pro Anno restante R.D. Jacobum Vsterium tanquam in pro-
prio loco accessit. Lecta, auscultata, et approbata in
pleno Consessu V. Capituli S. Annae.

Donatio Centenarii Ecclae Collegiatae D. Annae
cc. In linea Cor... Facultas
Joannes Oczyslay cum Uxore sua Dorothea de Laskij Laskowska
Eccla Collegiata D. Annae Cracoviae, in qua fraternitas ...

Anna habetur centum florenos annui polonicalis, per Admodum R. D. Sebastianum Ruczinium S. T. Doctorem, canonicum eius ... Ecclesie cathedralis Ordinarium Theologum donatum, et in censu perpetuo con- gnare provisum. Erecta quidem V. Capitulum recepit, et ordinari ... lendus in stipendium decantandae Passionis tempore Quadragesimae ordina- vit. Anno salutis 1623 dum Procurator nempe obiret. M. Adamus ... vit ad 1 decanus.

Controversia inter Capitulum, et Vicarios S. Annae.

Anno Domini 1639. Exorta est gravis controversia inter Capitulum et Vicarios S. Annae, ex parte lapidicae minoris dictae ... Sulorum, legatae Vicariis testamento à pia matrona Gorczyczyna dicta. Cuius lapidicae ordinationem dispositionem voluit ex certis causis Capitulum habere et ita Capitulariter conclusit in general. Capitulo A. 1638 praesidente capitulo Admodum Rdo Dno Bartholomaeo Janussowic D. D. Praeposito Ecclesiae S. Annae, et Canonico Crac. Auditore Causarum Illmi Dni Episcopi Crac. Jacobi Zadzik. Confirmavit insuper Illmus D. Episcopus Capituli super ea lapidicae constitutionem. Vicarii duo rebelles, Joannes Potarski et Adamus Vitkowic moverunt litem et contra Capitulum expedierunt Commissionem, occasione factarum iniuriarum, et ademptionis lapideae. Capitulum impetravit Inhibitionem ab Illmo D. Episcopo. in Vicarios, illi in contumaciam attentarunt, et professi sunt in termino, eo quod non essent dicta-

subiecti contra Commissarios sed tantum Vicarios Capitulum vero sum impetravit. Auditis tenore Commissionis; illi tri Contumaces et furibundo ira, contra Capitulum conversabant, commorabant Commissarios, ignominiam et contemptum Capituli magnopere apprehen-tentis, donec a Commissariis dictum non posse amplius ab illis causam istam iudicari. Capitulum itaque, ut se gravi onere et molestia, horum contumacissimorum vindicaret, tali cum Admodum Rndo Dno Praeposito congregatum die 4 Octobr. A. 1639 talem fecit Conclusionem.

Conclusio Capituli de alienatione et Exclusione duorum Vicariorum Joannis Golarosky et Adami Vitkowicz.

Anno Dni 1639 die 4 octob. ipso S. Francisci festo. Data est Convocatio Capituli per Admodum Rdum D. Praepositum Ecclesiae S. Annae, super gravi negotio Ecclesiam et Capitulum concernente in forma debita. In quo Capitulo [illegible] nomine totius Capituli conquestus de gravi iniuria a rebellibus Vicariis Ecclesiae et Capitulo illata, quomodo sine causa legitima Capitulo moverint libellum famosum contra Capitulum iudicio porrexerint etiam supplicam iniuriosam apud Illmum D. Episcopum traduxerunt cum nullam causam querellarum habuerint. Capitulum autem tuenda sua auctoritatis maximam. neque illis commodum ex capella adimerit sed illius directionem et lucubrationem manu tenere vellet. Idcirco petiit ab Admodum Rdo

D. Praeposito, et contra rebelles, et in Capitulum scandalose iniurio-
sos iure procedant et loco amoueant, quos etiam pridem Capitulum
amouisset et exclusisset.
Idcirco Admodum R.dus D. Praepositus indignitati sui permotus
et scandalosa Vicariorum istorum iniuria, qualis non accidisset
unquam a Condito Capitulo, virtute Statuti de Alienatione
Vicariorum, duos Vicarios Joannem Golarosky, et Adamum Wi-
chrowic exclusit Eccliae, domo, mensa, et omnibus obuentionibus
priuauit. Atque intra sex dies commigrarent, domo Vicariorum
sub poena fiendae, contra se Excommunicationis, decreuit.

DECRETUM ILLUSTR.mi ac R.mi
Dni D. Jacobi Zadzijk Episcopi Cracoviensis, et
Ducis Severiensis, in causa inter RR. DD. Prae-
latos atque Canonicos Eccliae S. Annae, et Vicarios eiusdem
Eccliae, occasione Lapidea Muri Gorniciana. Cracoviae.
ANNO DNI. 1640, die vero Veneris, quarta Mensis
Octobris. In causa et actione Judiciaria, inter Venera-
biles Vicarios Eccliae Collegiatae S. Annae Cracovien.

Actores

+

Litteris ab una, et RR. Praelatos et Canonicos eiusdem
Eccl(esi)ae Collegiatae S. Annae, totumque V. Capitulum, de
et super dispositione et Ordinatione certa eiusdem
Domus Lapideae Kleinzorgska nuncupatae, in platea
Sutorum Cracov. sitae, eorundem Vicariorum Communitati
per olim Honestam Agnetem Gorzyczkina testamentaliter
relictae, reos conventos partibus ab altera. De unanimi consensu ambarum partium, in termino hodierno
ad videndum et audiendum ferri Definitivam Sententiam,
Partes eaedem Judicialiter coram Illustrissima et Reverendissima
Celsitudine sua comparentes. Pro parte Actorea V. Joannes
Potamsky Vicepraepositus, et Adamus Wilkonicz suo et totius
Communitatis Vicariorum nominibus super eo, quod iidem
ipsi RR. Praelati, et Canonici, totumque V. Capitulum
S. Annae Cracovien. quandam domum Lapideam in
platea Sutorum sitam, ipsis Vicariis, et Communitati ipsorum

ex

ex causa onerosa, vel tot Missarum, et Anniversariorum annuatim expendendorum per tunc ipsam olim Agnete Gorsz: czijna testamentalite legatam de facto adimere, illiusq: fructus et proventus pro se, et commodo V. Capi: tuli appropriare satagunt, et procurant. In cuius rei verificationem suum ipsum Testamentum sub die decima Febr. de Anno 1638. Cracoviae, cum suis debitis solen: nitatibus confectum, et alias authent. ordinaria, in omnibus suis punctis, et clausulis approbatum coram praesenti Judi: cio ad finem probandi producen. verbo proposuerunt, eiusq: circa eiusd. lapidea possessione, iuxta mentem et ordi: nationem eiusdem Testatricis conservari debent, et po: stulaverunt. In praesentia Rdi Jacobi Piotrowiczky Decani, Adami Draszij, Pauli Herfy Canonicorum nomine Plenipotentia totius V. Capituli S. Annae Crac. comparent. excipientes verbo Actionis, et Actoratus

nec ipse.

incompetentiam allegarunt, ex quo ipsi Vicarij, excepto
NB Vicepraeposito non sunt canonice instituti ad eorum Vicarias,
nec faciunt Collegium, cum sint Manuales, et ad nutum
amovibiles, ideoque non esse ex re Ecclesiae ijsdem vti minus
NB idoneis regimen talium dimittere. Siquidem domus et
fabrica huiusmodi sedulo cura reguntur, quae ex eorum
eorum negligentia facile devastarentur, et ipsi eorum de
causa a servitijs Ecclesiae quovis tempore absedere sponte
NB possent. Tum quia omnes alias maiores fundationes,
ipsum Capitulum ordinat, et de eis disponit. Tum etiam
quia hocce Statutum Capitulare fuit, in specie, per Illustrissimam
et Reverendissimam Celsitudinem suam, vna cum alijs Statutis
tanquam in maiorem Ecclesiae decorem et Vtilitatem
resultans, iam approbatum. Et quamvis ijsdem Vicarijs
hac eadem controversia Lapidea reperitur a dicta
Testatrice relicta, attamen hac ipsum relictum non debet

extendi

extendi et ampliari fauore Ultimorum magis, quam ipsius Ecclesiae, cum quaelibet persona pia Catholica censeatur plus boni facere amore Ecclesiae Dei, quam intuitu perso:na, quo casu Loci Ordinarius potest dispensare, et commu:tare aliam operam piam Testatoris Voluntatem, quando maior ratio et necessitas Ecclesiae ita faciendi expostulet, ex forma S. Concilij Tridentini sess. 22. cap. 6. ver:bo in Commutationibus Ultimarum Voluntatum, et sess. 25. cap. 4, verbo contingit, petentes ideo ex praemissis, et alijs ra:tionibus ab impetitione aduersariorum se liberos pronuntiari, Decretumque suum circa dispositionem Lapideam controuersam, V. Capitulum suos Principales confirmari. Et Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Episcopus, praenumeratis visis, auditis, beneque perspectis juribus, documentis, rationibus, allegationibus, ex utrinque partium deductis, alijsque considerandis considerati, dictos Reverendos Praelatos et Canonicos, utrumque V. Capitulum

Decretum et Lapidea

Gorczycyna dię Curam Capitulū habeat. 123.

p. Sancte Crucis directum dominium, ac plenariā dispositionem, et Ordinationem Lapidea Contubernij, nunc et in perpetuum, sine Ab Vicarijs cum Impedimento habere debere pronunciavit. Vsum fructum verò proventuum ex eadem Lapidea provenientium ad dictos Vicarios, seu Communitatem ipsorum, iuxta dispositionem Honestae olim Agnetis Gorczyczyna Testatricis, respectu onerum per ipsos Vicarios expendendorum pertinere admisit, et respective adiudicavit, tali modo et forma distribuendorum, declarans et oīa in posterum, litium dubia, praesenti Decreto amputando. Et quia ad praesens ex Censu dicta Lapidea annuatim Floreni Ducenti proveniunt, illorum pūta Florenorum Ducentorum talis fiat singulis annis distributio - Primo respectu duarum Missarum in hebdomada et vnius Anniversarij ex Ordinatione dicta Testatricis, in annum cedere debent Vicarijs Floreni Octuaginta. Deinde pro Censibus solvendis, quibus dicta Lapidea onerata, et

obligata

et obligata reperitur Floreni triginta. Pro Cera, Vino, et sacris Vestibus reficiendis ad Sacristiam Eccliae S. Annae, Floreni Viginti. Residuum vero summae ex proventu dictae Lapideae, Domus Aedificij relinquatur Floreni Viginti. In subsidium aut Lignorum, et Leguminum ad coquinam ijsdem Vicarijs cedat, per manus Venerabilis Procuratoris Capituli dandum, quod vnanimiter V. Capitulum sanxit, ut ex Quarta Florenorum Quinquaginta restans in duas partes aequales diuidatur, quarum prima in Consolationem eorundem Vicariorum; Altera vero pars in subsidium Mensae eorundem cedere debet, Decreto suo ad praesens mediante. Praesentibus Illustribus et Adm. Rdis R. Dnis D. Laurentio Starczewskij Cantore, Jacobo Kazimirowicz JV. Doctore et almae Acad. Cracouien. Professore, Jacobo Kotaczewskij Crac. S. R. Alhs, Venceslao Lesinskij

vide frontiem.

eiusdem S. R. Mtis Secretarijs, Cracovien. Luca
Zdroiowsky Cracovien. Canonicis, Adamo Koß Kaben.
Simone Starowolsky Cantore Tarnouiensi, Andrea
Bzisky J.V.D. et me Joanne Carolo Xerwicz
J.V.D. Plebano Dobrowodensi, Wislicie-Canonico
praesentis actus et Causa Notario. Joannes Carolus
Xerwicz J.V.D. Canonicus Wislicensis, actus praesentis
et Causa Notarius manu propria

Locus + Sigilli.

Ex authen: Originali descripsit et inscripsit Mgr
Adamus Drastky S.T.D. p[ro]tunc Procurator Capituli

Ingrossatum est hoc Decretum in Actis Magnifici
Illustris, et A.R. Dni Alberti de Lipnik Lipinsky
Phi. Sandomirien Crac. Canonici, Vicarij in Spiritua-
libus generalis Crac. 1640. die 17 Octobris.

Conclusio V. Capituli Sanctae Annae bonum et utile eiusdem Ecclesiae concernens. 69

Anno Dni 1641 30 July data est conuocatio p Capitulo generali per Adm Rndum et Clarissimum Dnum Bartholomaeum Jahuschewic J. V. D. Cancellarium Ecclie S. Annae Praepositum Aulicum Illust. ac Rmi. Dni Jacobi Zadzik Dei et Sedis Aplicae gra Eppi Crac Ducis Severiae etc. in hac forma:

Adm Rnde Dne Ecclie Colltae S. Annae Decane, Adm Rndi Dni et Canonici adesse digentur Rndae Dtiones Vrae ... in loco Capituli eiusdem Ecclie ad summum sacrum consultandum et tractandum de bono et utili Capituli sub poena non contradicendi etc. etc. Ex parte Praepti S. Annae 30 July A. D. 1641.

In qua quidem conuocatione haec tractata et punita et conclusa sunt. Procurator V. Capituli electus est R. D. Matthaeus Krasnicki Can. S. Annae, ita tn et Adm Rndus D. Paulus Herteus Decanus eiusd. Ecclie post hac sequenti Anno 1642 Procuratoris munus obeat, cu non posset praesenti Anno obire propter labores Ecclie eiusd et Academiae; ille vero Rndus Dnus M. Matthaeus Krasnicki ab eodem Procuratoris munere in suo ordine fiat liber. 2 ut reparentur tecta et summae reparantur et computentur. 3 Res S. Agnetis Gorczyciana benefactricis Ecclie repetantur, et post reuisionem cui competant tradantur. 4 Inuentarium rerum et suppellectilis Ecclesiasticae in auro et argento et alijs per Procuratorem et V. Canonicos faciendum. 5 Suppellex Ecclesiastica sine V. Capituli consensu ne distrahatur per V. D. Sacristam. 6 Cistu iurium et mo:

De reparão Tecti

nimentorum ab Adm Rndo et Clariss. Dno [illegible] b. Capitulo commodato datorum a [illegible] Nicolao Zuchowski Vicario rependenda. 7. [illegible] Generosi ac Nobilis Dni est acceptata, ut in [illegible] ordinatio per [illegible] et Illustriss. [illegible] um fiat, cum [illegible]. 8 Fundatio [illegible] Sciana pro Cantore S. Annae facta ad effectu[m] [illegible] catur per R. D. Procuratorem [illegible] [illegible].

9. In b. Capitulo praesenti [illegible] comparuit personaliter Famatus Dnus Melchior [illegible] de lapidea Agnetis [illegible] fundamentis [illegible] est, quod magnum praeiudicium et servitutem patiatur, ob latrinam vicinam extructam in eadem [illegible] est V. Vicariorum S. Annae. Conclusum itaque est ut Rndi Dni aliqui ex b. Capitulo [illegible] [illegible] [illegible] cum civibus gravis, videant, et ne praeiudicium aliquo modo inferatur Famato Dno Melchiori [illegible]wic provideant. Haec cuncta in b. Capitulo lecta, consultata, et approbata per b. Capitulum die 1 Augusti A. D. 1641. in omnibus, et singulis clausulis, et punctis.

M. Simon Gotlewic Can. S. A. Procurator [illegible] m[anu] p[ropri]a

Conclusiones V. Capituli S. Annae bonum, et Utile illius concernentes

Decanatu M. Joannis Cynski[?]

Rachstamowij Collegae Maioris [illegible]

communi consensu W. Cap. latae et approbatae

In Nomine Dni

In Nomine Domini Amen.

Anno Domini 1645. Die 3. Aprilis, data est Convocatio Adm. RR. DD. Canonicorum S. Annae, per me M. Joannem Cynersky Rotlamonium ad S. Annae Decanum, in hac forma. Adm. Rndi Dni Ecclesiae Collegiatae S. Annae Canonici, adesse dignetur Rnda V. hodie post Summum Sacrum, in loco Capituli eiusdem Ecclesiae, ad consultandum et tractandum de bono et utili Capituli Vtri, sub paena non contradicendo. Ex parte Decani S. Annae Anno et Die q. sup.

In qua quidem Convocatione haec tractata sunt puncta.

1. Ratione Organi Continuandi, et de expensis per Adm. Rdum D. Gregorium Modlinskij Praepositum S. Annae (qui quidem Adm. Rndus D. Praepositus sponte interfuit Capitulari Convocationi) tum per Adm. Rnd. D. Matthaeum Krasnicky, Canonicum S. Annae, Praepositum Jlcusien. factis.

2. ~~Cithare~~ Sintae, folles vetusti Organario tribuendi.

3. De arendanda lapidea olim Gruszowska, nunc Hor... chicinska dicta, quae est pro Ecclesia S. Annae fundata ad quam causam testamentum est videndum.

4. De residua pecunia, ex proventibus pro docendo cantu in structuram habitationis D. Cantoris ordinanda, citra tamen ullum praeiudicium Vtri Capituli.

5. Ad Altare consecrandum, per Adm. Rend. D. Simonem ... koinic Parochum modernum Premislien.
6. De audiendis expensas quas praetendit R. D. Paulus ... nic S. Annae Sacristianus, in Usus Ecclesiae factas.
7. Ut capitula celebrata, et deinceps celebranda inscribantur.
8. De distributione pecuniae Sacristianae.
9. De Historico constituendo.
10. De pecunia tisnali per Adm. Rend. D. Matthaeum ... Snicky Canonicum S. Annae Recept. Jlussien. pro Historico ... tenta et debita.
11. De procurandum ut citra scitum et consensum Vblis Capituli Vllae fundationes fiant.
12. Ut fiant institutiones VV. ac RR. Vicariorum juxta Ordinationes Synodales, et Consuetudinem Collegiatarum Ecclesiarum.
13. De solvenda (ut Vulgo vocant) Capalia, juxta statutum et consuetudinem aliorum VV. Capitulorum.
14. ... rationis solutionis, et satisfactionis Adm. Rendo D. Si... mon Gotkonic Parocho Premislien. ex parte redituum Sacerdotalium, et aliarum obventionum pro Uno graduanti anno.
Haec puncta lecta, auscultata, trutinata, et communi consensu Vblis Capituli approbata sunt, Unum duntaxat, de Historico constituendo et eligendo, in aliud tempus dilatum est, licet in superiori Capitulo (quod non est inscriptum) ... adhuc

alter Canonicus, hoc munus scribendae Historiae fuit delatum.

M. Joannes Cynowsky Radziminius

ad S. Annae Decanus mpp

71

Aliae Conclusiones V. Capituli S. Annae bonum et utile eiusdem Ecclesiae concernentes

Anno Dni 1645 Die 27. July postridie festivitatis S. Annae, data est Convocatio pro Capitulo generali, per Adm Rendum Dnum Gregorium Sodlinskij, Ecclesiae Collegiatae S. Annae Praepositum [illegible] in hac forma.

